

2442



L. 22.

HEBRÆÆ LINGUÆ
COMPENDIOSA

Institutio :

BREVISSIMIS PRÆCEPTIS,
*Exemplis perspicuis, & Schol'is necessariis ad
sufficientem ejusdem cognitionem
concinata*

à

CHRISTOPHORO HELVICO,
*Hebrææ Græcæ que lingua in inclyta
Giessena Professore.*

לְעוֹלָם יִלְמַד אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל
בְּיָדָהּ קַצְבָּהּ :

EDITIO SECUNDA.



WITTEBERGÆ

*Ex Officinâ Typographicâ Augusti Boreck,
Impensis Clementis Bergeri Bibliopolæ.*

ANNO M. DC. XXVI.

COMPTON

1772

1773

1774

1775

1776

D
B
H
Ecc
Pro
No
Iri



CL. VIRO

D. N. M. CHRISTO-
PHORO HELVICO

BALTHASAR MENZERUS
S. P. D.

HELVICE, *sancta quando doces*
DEUM

*Laudare lingua, perspicuo ordine,
Totamq; paucis comprehendis
Grammaticen tabulis Hebraam:*

*Ecclesiae CHRISTI officium sacrum
Praestas, serenâ fronte quod approbant,
Quicumq; fundamenta firma
Religionis amant avitæ.*

*Non cura priscas est tibi regulas
Iritosq; passus molliter insequi,
Longoq; tractu implere crassas
Sape eadem repetendo chartas.*

† 2

Te

Te pulcher ordo, te brevit as juvat,
Qua luce splendet congenitâ, usui
Aptâq; vero, viribusq;
Discipuli satis equa fidi.
O vive felix! Gratia te manet
Et fama, tantis digna laboribus:
Te sera præceptorem Hebræum
Posteritas canet ore magno.

Ταυώτερον καλλιω.



Nobilissimo, spectatæque
virtutis & eruditionis

VIRO,

DN. ABRAHAMO

à SEBOTENDORF,

Equiti Silesio,

*In Academia Giessena studiorum gra-
tia versanti, amico suo*

dilectissimo,

S.P.P.



E antiquitate,
majestate, jucundi-
tate, necessitate,
utilitate sanctæ He-
brææ linguæ si quis
operosum institue-

re velit encomium, ei fortasse non
præterrem objici possit illud Antal-
cida: qui cum quendam encomium
Herculis instituere audisset, Num-

† ‡

quis

quis igitur, inquit, illum vituperavit?
Sentiens supervacaneum esse lauda-
ri id, quod laude non indigeat,
quodque apud omnes in magno pre-
cio habeatur. Ita linguam Hebraeam
qui vituperaverit, extitisse puto ne-
minem, cui modò *Φέρες ἀγίας* &
integri sensus. Quis enim eam
non veneretur & exosculetur lin-
guam, qua ipsa Divina Majestas sa-
cro sancta olim locuta est? Unde &
Sanctitatis nomen illa jure obti-
nuis? Eam dico linguam quis non
veneretur, qua salutis nostrae aeternae
& seculis abscondita mysteria descri-
pta sunt originaliter? In Hebraeis Bi-
bliciis quod legis, id ex ipsius DEI san-
ctorumque Patriarcharum ore sub
legis, & quae inde à Mundi antiqua
origine facta dictaque sunt, eodem
ipso sermone tibi repraesentat, haud
secus ac si eodem sono in summet
DEUM, sanctos Patriarchas & Pro-
phetas loqui audires, & quae de san-
ctiss.

iffimis mysteriis differuere ac reve-
avere, annotares. O quantum DEI
beneficium, quod postremo hoc se-
culo indulfit nobis! Neque caret
miraculo, quod nec tot annorum
Chiliades, primævæ Scripturæ di-
vina oracula illibata ad extremos
hbs Mundi dies transmissa sunt:
Tantò majus scilicet miraculum,
quantò plura effluxere secula, ex
quo de suo tempore admirabatur
Philo hoc idem. Incidit autem
Philo in proximam à CHRISTO
nato ætatem sub Caligula. Inpri-
mis verò illud miraculi magni lo-
co habendum, quòd DEUS proxi-
mo seculo, cum cæteras artes libera-
les & humaniores disciplinas è tene-
bris barbaricis elucescere fecit, tum
verò sanctam etiam linguam trans-
plantavit in Patriam nostram Ger-
maniam, operâ magnâ illius Reuch-
lini, cui pro fideli officio æternas gra-
tias debemus: Quod quidem pro sua

parte Erasmus in *dm Jero* Captionis
fideliter prestitit. Quantum v. Luthe-
ro nostro deberi fatendum est, Ger-
manorum Helię, Ciceroni, Hierony-
mo? Viro ex ra omnem aleam supra
invidiam posito, de quo profecto
idem quod de Cicerone Livius di-
xit, affirmari possit, Luthero ipso
opus esse Oratore, qui ejus in nos
collata beneficia dignę prosequa-
tur. Unum id nunc ad institutum
nostrum sufficit, quod in aurea præ-
stitit Bibliorum interpretatione.
In quā si respicias dexteritatem, ad-
miraberis, si fidelitatem, venera-
beris, si perspicuitatem, delecta-
beris, si proprietatem, fateberis
coe a Jero id factum, sed singulari
DEI consilio hunc virum tanto o-
peri destinatum fuisse.

Neque moramur ejus simiam
Herbornensem, quæ scilicet Magni-
ficat corrigere, id est, simiarum mo-
re præ.

re præclarè facta ridiculè imitari,
nescio qua vocum superstitione,
ausa est. Quotus enim quisque
Germanorum est, qui in ea inter-
pretatione plurima vel intelligat,
vel intellecta pleraque non rideat?
Quæso enim (ut ex uno saltem li-
bro quædam afferam) quid est Ger-
manicè. Warumb seind mir die Knie
begegnet? Interroga Misnicum,
(quod idioma politissimum existi-
mant) interroga Hassum, Saxo-
nem, Marchicum, Francum, Sve-
vum, Alsatum, Bavarum, West-
falum, &c. Therfites ero, si rectè
intelligere exponerève poterit. At
Lutherus noster, Warumb hat man
mich auff den Schoß genommen?
De hoc interroga Germanum quem-
libet, & non Germanus ero, nisi sta-
tim intellexerit. Interroga eos-
dem, quid sit, Du machst / daß ich
erbe die Missethaten meiner jugendt /
& uno ore, nisi fortè Germanicè

nescio, fatebuntur, non assequi se,
quis sit sensus. Jam iisdem recita
verba Lutheri, Du wilt mich umb
bringen umb der Sünde willen meiner
jugendt / & mendax ero, nisi exem-
plò omnes exclamaturi sint, hoc pla-
nissimè se intelligere. Sic quales in-
eptiæ sunt, Mein Gedanken sind
ausgerissen / nemlich / die besitzungen
meines Herzens? pro eo, Meine An-
schläge sind zertrennet / die mein Herz
besessen haben Item, Ihre hoffnung
wird ein außblasung ihrer Seelen seyn/
quod Lutherus effert, Ihre hoffnung
wird ihrer Seelen fehlen. Item, mecht-
tiger an Tagen / pro eo, die lenger ge-
lebt haben / vel, die höher an Jahren
sind. Item, Man hat die Rede von
ihnen fortgesetzt / id est, Sie sind vers-
tummet / daß sie nicht mehr antwor-
ten können. Item, Einem seine Ge-
rechtigkeit widergeben / id est, einem
nach seiner Gerechtigkeit vergelten.
Item, Bis er ein gefallen haben sei-
nem

hem Tag / wie ein Tagelöhner / id est,
ut Lutherus habet, Bis seine zeit
komme / deren er wie ein Tagelöhner
wartet. Talia sunt infinita. Com-
modum idem in mentem venit Dio-
genis, qui cum in balneum sordi-
dum venisset, *Qui hic lavant, inquit,
ubi abluuntur? οἱ ἐν ταῦθα λεγόμενοι πᾶσι
ἀπολογουται?* Profectò haud ab simile
accidit istius versionis lectoribus,
quod illis lotoribus, ut dicere pos-
sint, *Qui in hunc interpretem incidunt,
ubi interpretem novum nanciscuntur?*
ut interpretis interpretationem à
novo interprete interpretari (sic
enim passivè loquuntur) audiant?
Et quidem sentit hoc ipse autor.
Ideoque ut quæ ineptè reddita es-
sent, nihilominus intelligerentur,
addenda Scholia ratus est, quibus
etiam (si Diis placet) Tropi ad un-
guem à rusticis edisci & intelligi
possent, id quod in rusticis ten-
tare haecenus nemo ausus fuit.
Atque

Atque hoc forsitan tolerabile esset,
nisi etiam corruptelas immiscere
& Ecclesiæ obtrudere, non fuisset
veritus. Cui equidem nihil pejus
optare velim, quàm ut quotidie
perlegere necesse haberet Lutheri
in Psalmos præfationem, illam in-
quam, in qua velut præsciis ven-
tari correctoris graphicè describit
Sciolos, *Die Meister flügling / die es
alles besser wissen vnd machen können /*
ubi etiam gravissimè de ratione in-
terpretandi disserit, suæque Versio-
nis rationem reddit. Sed quò di-
labor? A similiis ad homines redeo.
Quantum igitur donum DEI sit,
originalem callere linguam, eam-
que rectè interpretari & de inter-
pretatione iudicare, *ψ & δεσπυειας*
verò heterodoxorum ex eadem re-
fellere, vel ex hoc Hieronymo no-
stro satis perspicitur. Ac res est
digaa Christiano homine, inqui-
rere in fidei suæ fundamenta, ea-
demque

demque ad majorem certitudinem
è primis etiam fontibus, quâ pos-
sibile, cognoscere. Pœnitere pro-
fectò hujus laboris, si labor dicen-
dus & non potiùs voluptas incredi-
bilis neminem potest. Inprimis
verò Theologiæ studiosos decet, san-
ctæ hujus linguæ vacare cultui, ut
orthodoxæ & sinceræ confessionis
fundamenta ex limpidis Israëlis
fontibus cognoscere certius, & con-
tra lutulentos turbatores tueri fir-
miùs queant. Difficultatem præ-
tendere possunt nullam. Tot enim
præstantissimorum virorum labori-
bus effectum est, ut facilis nunc ad
preciosum hunc thesaurum accessus
sit. Ac, ut nostro quoque of-
ficio ne deessemus, conatus ego sum
per aliquot annos, pro mea quo-
que facultatula sanctam hanc lin-
guam facilitate methodi, perspi-
cuitate verborum, brevitate præ-
ceptorum, facere commendabi-
lem,

lem, iis præsertim, qui mea opera
in illa docenda hætenus usi fuerunt.
Cùm verò describendi labor, impri-
mis incipientibus, soleat esse mo-
lestissimus & supra modum tædio-
sus, res ipsa tandem postulavit aliam
meditari viam, per quam ad opta-
tum scopum majore cum fructu nul-
laque cum molestia pervenire posse-
mus. Idque per operas typogra-
phicas. Etenim ut neglectâ metho-
do, cui felici successu & ipse & stu-
diosi hætenus assueveramus, aliam
de novo auctoris alicujus dudum
editi sectarer, omninò inconsultum
& infrugiferum videbatur. Nihil
enim æquè perturbare & impedire
profectum, quàm methodi variam
mutationem, nemo est qui nesciat.
Interim absit, ut cujusquàm benè
de Hebraismo meriti labori detra-
ctum velim, cùm potiùs existimem,
sicut liberum cuilibet hætenus fuit,
illud quod ad utilitatem spectare
aliquam

aliquam putet, promere, ita quemlibet laudem promereri, qui ad utilitatem præsertim publicam quicquam in commune attulerit. Verum τὰ μὲν τοιαῦτα ἔασμην. Nunc ad te accedo, Nobiliss: Dn. ABRAMHAMME, cujus potissimum Nomini has meditationes meas Hebræas certis de causis inscribere volui: quippe ex cujus diutina conversatione & familiari & jucundissima, re ipsa perspexi id, quod antehac ab aliis summopere de te prædicari commendarique nôram. Sed ne quid auribus tuis dare videar, nihil in præsentia, de pietate tua, nihil de candore, nihil de animi Modestia, nihil de conversationis elegantia, nihil de eruditione eximia dicam, quæ virtutes tuæ laude certè dignissimæ omnibus hoc loco versantibus satis sunt cognitæ. Hujus itaque affectus mei (qui mihi cum cæteris Dnn. Collegis meis communis est) monu.

monumentum hoc extare volui,
rogans enixè, ut pari etiam bene-
volentia illud à me suscipere velis.
De quo tamen nequaquam ambi-
gere possum aut debeo. Valetè feli-
citer. Dabam Gieslæ è Museo meo,
27. Novemb. Anno æræ Christianæ
M. D. C. I I X.

Nobilitatis T.

Studiosiss.

M. Christophorus Helvicus,
Hebrææ Græcæque
ling. Prof.



CAPUT I.

De nomine Bibliorum apud
DD. Hebræos.

CODICEM HEBRÆUM
Græci scriptores Ecclesiastici
vocârunt τὰ βιβλία, libros plu-
res sanctos in unum Volumen
digestos. Hanc appellationem Latini &
Germani retinuerunt, propriâ appella-
tione ferè destituti, hunc DEI librum vo-
cantes BIBLIA. Scriptores autem Græci
ad hoc sacrum Volumen libros referunt
22. qui totidemq; esse statuunt, quot Hæ-
bræis sunt γράμματα, seu literæ consonæ.
Ideo dicunt: ἐν Διάθηκῇ δύο καὶ εἰκόσι, li-
bros Testamentarios duos & viginti esse.
Ath. in Syn. Epist. hæc. 8. de quibus pluri-
bus Wittaker. de sacra Scriptura, quæst.
1. cap. 6. Sed numerus hic est, angustior
re numeranda, nec n. necesse est, tot tan-
tum esse sacros libros, quot sunt literæ in
Alphabeto Hebræo. Difficilius quoq;
omnes sacri libri in hunc numerum com-
pingi possunt. Hauserunt hanc opinio-
nem

Capitulum I.

nem ex Josepho, qui libro, contra Appi-
 onem, crassiore enumeratione totidem li-
 bros sacros recenset. Fabulosius 204. li-
 bri sacri ab Esdra scripti memorantur, 4.
 Esdr. 14. v. 44. Doctores autem Thal-
 mudici acquiescunt in numero 24. lib. sa-
 crorum dicentes, **ספרים עשרים וערבעה**
 Codicis biblici libri sunt 24. Omnium
 horum compagem scriptura vocat vel
ספר התורה librum legis, Jos. 1. v. 8.
 vel **ספר יהוה** librum Jehovæ, Esa. 34, 16.
 vel **מקרא** Nehe. 8, 8: Lectionem, quod
 legi pensitariq; ad nostram salutem per-
 petuo debeat, à Radice **קרא** legit. Ad
 excludendam libros *αἰρεσις* & *ἁδού-
 σιας* dogmata, aliquando vocant Docto-
 res Hebræi Systema librorum sacrorum
כתובת Scripturam Dei à primis tem-
 poribus ad hæc usq; nostra tempora be-
 neficio literarum consecratam. Sic om-
 nes libri Biblici vocantur in N. T. Scri-
 ptura Gal. 4, 30. Rom. 16, v. 26. Joh. 5, 39.
 Act. 26, 27. Vocant etiam eandem libro-
 rum congeriem **מקדש** Sanctuarium seu
בית מקדש domum Sanctuarii à rebus
 tum contentis, tum qualitate earum: Sic
 Venetiana Biblia hunc titulum præfixum
 habent; quod res verè sanctæ, in hac do-
 mo depositæ sunt à Deo:

Part

habeant, testimonio Christi non suffulci-
 antur, ad legendum non præcepti, ad au-
 diendum non iussi; illi sunt dubiæ fidei,
 occultæ & incertæ. De Canonicis Chri-
 stus Luc. 16; v. 29. & c. 24. Apocryphi
 quos Israelitica Ecclesia non approbavit,
 non scripti à Prophetis, non *θεόπνευστοι*,
 non Judaica lingua; quæ etiam alicubi
 contineant quædam canoni sacro contra-
 ria; quales sunt 3. & 4. Esdræ, Tobias,
 Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Baruch
 & tres Maccab. In horum Apocrypho-
 rum librorum numero, tres sunt qui à Ra-
 binis sunt scripti. Ecclesiasticus à Syrach,
 Sapientia à Philone, Maccab. à Iosepho,
 vel ab alio Iudæo Palæstino vel Ægypti-
 ensi, ut 2. Maccab. 2. v. 24. habetur: ideo
 hi autores stylum orationis aut interpre-
 tationem suam excusant. Ecclesiast. præf.
 v. 5. Sic 2. Maccab. 15. 38. qua excusatione
 libri Canonici opus non habent. Apocry-
 phorum etiam nullus est usus ad probati-
 onem fidei; sed duntaxat ad morum in-
 structionem. Et quidem ibi ubi conveni-
 unt cum Canonicis. Quod autem non
 nulli libri sacri non existent; sed injuria
 temporum perierint, factum id est, non
 cum jactura Veritatis; vel salutis huma-
 næ;

nae; sed quia ab Ecclesia prima in Canone non fuerunt relati, vel quod eadem aliis libris, quæ in illis comprehensa fuerant, exponantur.

CAPUT II.

De librorum sacrorum, seu textuum Hebræorum *סויחיויס* essentialibus.

Libri Canonici, hebræa lingua scripti, suis absolvuntur *סויחיויס* tamquam *תנועות* signis & motionibus, seu ut communiter dicitur, Consonis & Vocalibus.

Utrumque Elementum est essentielle sacrae Scripturae ejusdem dignitatis & antiquitatis. Diversos olim ab iis qui hodie exstant Characteres Hebræis fuisse, asserenti Hieronymo in prologo Galeato non credimus, quod sine ulla ratione firma asserat, nempe veteri Characterum forma perditâ ab Esdrâ novam inventam. Si tale quid Esdras vel Nehemias (quorum hic suarum laudum diligens est buccinator, & ob hoc à nonnullis putatur fuisse

isse Sadducæis addictus) invenisset; neuter id in sua historia reticuiſſet. Conſtat autem ex utroque neq; ſacrum codicem prorsus amiſſum fuiſſe: neque à lectione ſacrâ populum ceſſâſſe, atque ideo veterem Scripturam integram remanſiſſe, etiam in captivitate Babylonica, in qua ſuas ſynagogas habuerunt, & duas inſignes ſcholas, quarum altera erat סוּלָה, altera ראש־ישיבה & בּוֹמְזִיקָא. Rectorem Academiae habebat, ut legere eſt in libro שֵׁבֶת יְהוּדָה citatum à Johan. Buxdorf. in Theſau. Grammat. fol. 603.

Proinde ſtatuímus omnino, eosdem olim extitiſſe Hebræos characteres qui hodie extant, nec Hebræos ſuas literas vel à Chaldæis vel à Syris mutuatos, vel à Cananæis fuiſſe, tanquam à minus nobilioribus, & myſteriorum Dei ignaris: nec Deum ſuam ita deſeruiſſe Eccleſiam, ut ſua in univerſum teſtimonia perderet.

Cæterùm antiquitas ipsis תְּנוּעוֹת vocalibus eadem eſt cum Conſonantibus, quæ unâ ab initio cum conſonantibus exiſtiterint. Ipſa id Scripturæ perfectio requirit. Etenim plus eſt naturalem vocis cujuſq; Hebrææ ſonũ extitiſſe, quàm eſt



externam notam. Si enim officium signandi, seu, quod idem est, consonandi non potuit notari sine Consonorum signis, multò minus sonorū naturalium discretio esse potuit sine Vocalium notis per se: nisi forsitan ex arbitrio hominis alicubi vocales propter præcognita, minuendi laboris causâ, & ut oculis parceretur, fuerint omissæ. Fabulosam narrationem de repertis Hebræorum Vocalibus annis 470. post nativitatem CHRISTI, ceu periculofam & perniciosam scripturis, quæ sensum scripturæ verum evertat, Veritatis vim inferat, literas sacras incertas efficiat, ut *Ἐσθέρης* & arbitrio hominum illæ subjiciantur, prorsus rejicimus. Si enim notæ aliæ sonorum naturalium à Judæis hostibus textibus sacris additæ fuerunt, quam primus ferebat sonus, nos notatis illis sonis non tenemur; sed aliam vocum *Φώνων* & textuum alium sensum fuisse facile suspicamur. Atqui aliæ notæ non sunt quàm naturalis cujusque vocis sonus requirit. Ideo non à novitiis Judæis Vocales adinventæ; sed cum primâ Scriptura extiterunt. Mendax igitur Jesuitarum enunciatum est, posse dictiones

Neandee
in Grammaticis.

Bell. pag.
92. de ver-
bo DEI.

Lutherus
dicit id
esse Aben-
Ezra. in
Gen. cap.
47.

Hebræas aliis atque aliis sonis Vocalium
affici, stantibus iisdem consonis, & sensu
manente. Si ita est, incertæ sunt Vocum
significationes, & pendeant istæ ab au-
ctore afficiente consonans vocalibus.
Essentialis enim vocis cuiusq; $\Phi\acute{o}\nu\eta\sigma\iota\varsigma$
seu scriptio per vocales, vocis unius si-
gnificatum ab alius vocis significato ve-
rissimè distinguit, ut dentur hæ literæ cō-
sonæ \aleph , istæ variis vocalibus affectæ,
varias significationes exhibebunt. Ita
enim punctatæ \aleph vel \aleph actum lo-
quendi significabunt. At hoc modo, \aleph
Verbum aut rem notabunt, si hoc modo,
 \aleph pestem designabunt, si verò hac rati-
one, \aleph adytum secretius indicabunt.
Idem iudicium esto de aliis. Ideo conso-
narum positus dubiæ & incertæ significa-
tionis esse potest: at Vocalium discreta
constitutio significata accuratissimè di-
stinguit. Si absq; his esset, vocum signi-
ficata sciri non possent, ideo non malè à
quodam Hebræo Doctore pronunciatum
fuit: Sine suprâ & infrâ Scriptura intelli-
gi non potest. Inferiorem & superiorem
locum in ductu consonantium Vocales
& accentus obtinent. Si Vocales tollan-
tur, vocum significata ignorantur: igno-
ratis

tatis autem significationibus vocum singularum, sententiarum significata ignorari necesse est. Si accentus distinctivi removeantur, sententiarum sensus confunduntur. Hisce rationibus sequentes addantur: confirmandæ hujus propositionis causa, vocales unâ cum consonis in Scriptura Hebræa extitisse. 1. Nulla dictio integra constitui potest absq; Vocalibus: ideo vocales sunt essentielles. 2. Si vocales arbitrato hominum, vocibus serius sunt adductæ, per 4000. annorum Scripturæ essentia non fuit integra. 3. Si Vocalium notatio non extitit, vocum significata & sententiarum verus sensus fuerunt ignorata. 4. Si vocalium notæ nuper inventæ, aut cum naturali vocum sono ubiq; conveniunt, aut discrepant. Si conveniant, vocales extiterunt: si discrepant, nos illa punctatione non tenemur. 5. Si à Judæis hominibus vocales inventæ, significata vocum *ἁδούσ* hominum adscribentur. 6. Si dictiones possunt aliis atque aliis vocalibus affici, incerta erit vocum significatio. 7. Græcorum interpretatio ferè ubiq; convenit cum hodierna punctatione: ideo eadem puncta fuerunt, nec dictiones aliis vocalibus debent

bent affici. 8. Si non rectè consonæ suis vocalibus fuerunt notatæ, perpetuò incerta manebit vocum significatio. 9. Factentur hodie Judæi, non posse primam institutionem in hoc sermone fieri sine punctis. Ergo essentialia sunt Sermōnis puncta. 10. Multi antiquissimi auctores Hebræi antiquitatem vocalium asseruerunt, vide Munsterum de vocalibus. 11. Novitia est opinio ab Elia Levita Judæo in Germania nato prolata, vocales esse post secundum templum destructum inventas. Contra hanc novam & perniciosam opinionem vide magnam congeriem argumentorum, in medium allatorum à Johanne Buxdorffio, in Thesauro Grammatico à fol. 55. ad folium 69.

CAPUT III.

De Hebræorum קריית ספר seu correctione textuum $\sigma\Phi\alpha\lambda\mu\alpha\tau\omega\delta\epsilon\iota\varsigma$ in Codice sacro.

קריית ספר vocarunt sapientum in populo Hebræo virorum, in textus $\sigma\Phi\alpha\lambda\mu\alpha\tau\omega\delta\epsilon\iota\varsigma$ Codicis sacri institutas correctiones.

ONCS.

ones. De quibus notandum 1. Qui fuerint illi Correctores. 2. Quando vixerint. 3. Quid fecerint. 4. Quo fine correxerint, textus. Primò illi סופרים תקון correctionis fuerunt Viri magni cōsiliū אנשי כנסת הגדולה post Babylonicam captiuitatem congregati, utpote Daniel, Zachar. Malach. Hananias, Esdras, Nehemias, Zerubabel & Mardocheus, qui Scripturæ Vet. Testamenti carenti (ut aliqui tantum Hebræi volunt) vocalibus & accentibus distinctivis addiderint vocales & accentus. Mosen n. Scripturam absq; vocalibus & accentibus à DEO in Sinai accepisse dicunt. Contrà multi Doctores Hebræi asserunt scripturam plenam à DEO traditam, nec quicquam in eius perfectione desideratum fuisse, ut vocales non hominum; sed Dei inventum habeantur. Posterior sententia est veritati magis consentanea. Deum nempe totam Scripturam homini ostendisse. Si enim vocalium artificium hominum est inventum, sensus scripturarum pendebit ab incerta ἄγνοια hominum, qui pro affectu suo vario varium sensum affingere Scripturæ potuerunt, pii quidem verum, impii alienum sensum. Vero a.

omni.

omnino congruum est, eum esse vocalium inventorem, qui totius linguæ. Atqui Deus est auctor & inventor Hebrææ linguæ, ideo & partium. Quòd si ex abundante concedatur, vocales hominum esse inventum, tutius fuerit jam veritatis auctores vocales invenisse, non verò auctores observationis observationum **בְּעֵלֵי מִסֹּרֶת הַמִּסֹּרֶת** auctores traditionis. Tiberitas post publicatum Talmud à cond. Mundo 3989. seu post templum secundum destructum 436. anno, anno Christi 470. vocales demum invenisse à veritate alienum est. Videatur opus consummatum Grammat. Munsteri fol. 15. & seq. Neander in Gram. de inventione pūctorum. Tum constabit, viros magnæ Synagogæ 500. annos ante natum Christum, post solutam captivitatem Babylon. in Judæa correctionem hanc adornasse. Ita primi auctores à posterioribus mille annis distabunt. Priorem sententiam etiam Elias Levita, in præfatione Masoreth hamasoreth, approbat, & argumentis firmis corroborat, & posterior sententia magis fabulâ quàm historicâ narratione nititur. Cùm enim textus sacri ab initio mundi ad solutam usque captivitatem.

variè descripti fuerint, per ruditatem & incuriam Amanuensium multa σφάλματα orthographica irrepserunt, non in sententiis, sed in aliquibus Elementis, in quibus vel consonæ, vel vocales alteratæ fuerunt; ideo tam consonas quàm vocales ex iisdem dictionibus alibi integrè repertis restituisse dicuntur. Non enim ausi quicquam in textu mutare. Ideo vocem σφαλμάτων, quæ passa esset orthographicam depravationem, circello notarunt, in textu divino, & eandem in margine correctam plenius scripserunt, addita litera תיבות ראשי; id est, initiali, quæ dictionis plenioris est prima קרי hæc significat, legitur, à קרא Hebræo, quod Chaldaicè formatur קרי. Vitiosam autem in textu dictionem vocant כתיב scriptam, quod aliquando in margine litera simili initiali כ Rasche assignant, ut Gen. 10. textualis vox habet צבאים in hac aliquid deesse suspicati sunt, ideo eandem in margine plenius ita scribunt צבאים adjecto ו quod capite decimo quarto Genesios repetitum videmus.

Varia πάντα vitiatarum dictionum videantur in posteriori editione Grammat. Schindl. de Masoreth hammaforeth.

Et

Ⓞ Signum orthographicae depravationis.

Ⓟ Signum correctæ illius emendatæ in margine.

Ⓠ Signum vitiosæ dictionis in textu.

848. Vo-
ces ejus-
modi cor-
rectæ in
Bibliis oc-
currunt.

Et Catalogus omnium קָרִים & כְּתוּבִים
in apparatu Bibliorum regionum, Ant-
verpiæ impressorum, Ariæ Montani in
fine. Varietas istorum παθῶν satis multa
ta loca correctæ exhibuit, ut ab auctoris
bus notentur 848. voces ad marginem
correctæ. Vide concentum Scripturæ Hæ-
gonis Broughtonii in præfat. ad lectorem,
& in ipso opere fol. 80. ubi negat margi-
nales lectiones corruptionum factarum
esse indices (diversum etiam Doctoribus
Hebr. sentientibus) sed utramq; lectio-
nem seu scriptionem tam textualem quàm
marginalem niti firmissimis rationibus,
etiam ex sententiâ Doctoris Kimhi. Hæc
de omnibus correctionibus affirmari non
possunt: in quibusdam enim vocibus tex-
tualibus satis perspicuum est Amanuensis
σφάλμα, quod per correctionem margi-
nalem tollitur, nec simul utramque Scrip-
tionem marginalem & textualem firmis
rationibus posse niti, & ne quidem stare,
salvo textus sensu, ut Prov. 4. v. 16. textu-
alis כָּתוּבִים habet יִכְשׁוּלוּ impegerunt.
Correctio autem marginalis יִכְשׁוּלוּ jux-
ta Conjugationem formationis Hiphil
conformata. Est enim Verbum in hac
formatione usurpatum hic - quod docet
sub

sub litera Echan. Unde necessario post
 secundum radicalem sequitur, ratione
 conjugationis, Chireck magnum vel
 Hsere; nunquam Vau. Ideo utraque
 scriptio non potest niti firmis argumen-
 tis, ut vult Broughonius. Marginalis
 igitur correctio hic est analoga linguæ
 sacrae & ejus flexionibus, textualis au-
 tem scriptio laborat σφαλματι. Sic de
 aliis multis judicandum. Interdum ve-
 ro correctio facta videtur sine causa,
 & contra nativam Vocis & Sensus in-
 dolem, ut correctio marginalis magis
 corrumpat textus sententiam. Exem-
 plum est Prov. 4, 2. ubi כתיב textualis
 habet לפני coram mea matre. Lectio
 a habet לפני inter filios. Hæc קרי sen-
 sum textus non restituit, sed corrumpit:
 Salomon enim non fuit dilectissimus fili-
 us inter multos fratres, respectu scilicet
 matris suæ Bethseba: sed unicus fuit post
 infantem illum die septimo extinctum.
 Vocula igitur marginalis לפני prorsus
 alium sensum gignit, & genuinum in
 textu corrumpit. Sic Cant. i. v, i. כתיב tex-
 tualis habet קריאה in marginali קריאה
 audacter א in א fuit mutatum, nulla do-
 necessitate. Ea de causa ipsi Judæi ali-
 quant

quando correctorum suorum castigatio-
 nes nolunt recipere, in margine sic scri-
 bentes **כתיב ולא קרי** valeat textualis
 scriptura, non marginalis correctura 2.
 Sam. 15. ad v. 21. Contra valere ajunt **קרי**
 & non **כתיב** ut 2. Samuel. 16. ad versum
 ultimum **איש קרי ולא כתיב** valeat cor-
 rectio per **איש** non scriptio per **ישאל**.
 Ita dubii sunt in suis castigationibus ut il-
 lis tutò credi non possit, quod videre est
 loco allegato, ubi **ישאל** verissimum est,
 falsum **איש** Tum enim tam magnifi-
 cum fuisse ab omnibus consiliū Achito-
 phelis, ac si aliquis interrogasset (**ישאל**)
 ipsum Dei verbum. Quotiescunq; **כתיב**
 additum est suum **קרי**, toties diligens
 examen instituat ipsius **קרי**, quod no-
 bis suspectum sit, nisi necessaria linguæ
 proprietates id postulet. Dominetur autem
כתיב tam diu, donec *σφάλμα* fuerit de-
 prehensum. Dumq; hanc suam audaciam
 Judæi produnt, ingenti hypocrisis pie-
 talem simulant, non audentes in textu
 quicquam mutare: adeo ut si justo minor
 occurrerit literæ quantitas, eam extende-
 re nec audeant, nec velint. Hinc illæ
 voces marginales **זעיר רפתי** Zeir & Ra-
 phi. Quarum illa indicat consonam justo
 minor

minorem in textum irrepsisse: parem itaque adjiciendam esse, vel saltem animo concipiendam. Hac verò (Raphi) literam in dictionem aliquam justo majorem venisse, ideo cæteris adæquandam. Exemplam multa occurrunt Genes. 10. **פ** est Raphsi in textu. Gen. ultim. **ד** excedit. Sic ibidem & Exod. 34. excedit **נ**. Ibidem **ך** justo majus est. Sic **נ** Levit. 13. Sic Num. 13. **ס**. Sed Deut. 6. **ג** & **ע**: & Deut. 18. **ח** Deut. 18. v. 22. **צ** **ה** majusculis figuris efformantur. Contrà **זעיר** vel **זעירא** est, cum litera in dictione aliqua est minor cæteris & inæqualis quantitatis, ut Gen. 2. v. 1. **בְּהַבְרָאָם**. Sic **ק** litera minor est cæteris, in voce **קצתי** Gen. 27, 46.

*Hic **ח** minus est cæteris.*

Quid ergò voces hæ in margine usurpatae **זעיר** & **זעורה** & **רבת** sint, hactenus definitionibus & exemplis fuit ostensum.

His sequens notatio non absimilis est cum aliquam vocem imperfectè & cū defectu, aut cum abundantia, sive excessu literæ scriptam notant. Defectum designant voce **חסר**, excessum autem vovula **יתיר** seu **יתירא**. Chaser ergo est defectus, quo textualis dictio nonnihil imperfectè Scripta indicatur, ut Deut. 11. 12.

B

ברש

בְּרִשְׁוֹת מִשְׁוֹת est Chaser נ pro
 פְּרִאשִׁית. Sic Num. 12. in voce לְחַטָּה de-
 est similiter נ pro לְחַטָּת. Sic Esther.
 ultimi in voce אֲחֻשְׁרֹשׁ deest bis litera ו
 pro אֲחֻשְׁרֹשׁ. Contra יְתִיר seu יְקִיר est
 abundantia literæ in aliqua voce Tut in
 voce צִירָה abundat ו Gen. 27. 3. Sic ab-
 undat Van in voce הַפְּרִוּוֹת Esth. 9, 19. Sic
 litera Jod abundat in voce וְתַבּוּאֵינָה Esth.
 4, 4. Et in eodē cap. v. 7. in voce בְּיַחְוָרִים
 secundum Jod superfluum est. Ergo quid
 sit חֶסֶר & יְתִיר literæ, ex hisce apparuit.
 Ideo ad hanc classem referimus quoque
 marginales notationes Doctorum, quæ
 vel de defectu pluribus vocis, vel de ab-
 undantia monent. De defectu agit illa
 Gen. 4, 8. Ubi post vocem אָחָיו signo va-
 riæ lectionis notatam hæc dictiones occur-
 runt כֹּה פֶּסוּ פֶּסְקִי בְּמַצְעוֹ פֶּסוּקַהּ quæ hi-
 sce vocalibus affectæ כֹּה פֶּסוּ פֶּסְקִי
 כֹּה פֶּסוּ פֶּסְקִי hanc exhibent sensum: vig-
 inti octo (nam duæ priores literæ nume-
 rales sunt) defunt Versus in medio hujus
 versus, qui non videtur absolutus, ideo
 notatur per Athnach. Ajunt n. Doctores
 Hebræi hic desiderari colloquium Caini
 cum Abele, quod constitisse 28, v. ajunt,
 qui in Targum adducuntur, sed in textu
 Hebræo nullus versus desideratur. Nam
 vera

-im/1101H
 -am/1101H
 .1101H

verbum וַיֹּאמֶר & dixit, non tantum ser-
 monem texere: sed etiam amicè & blan-
 dè loqui & conversari significat. Cain
 enim dissimulabat rancorem & blandè
 loquebatur aliàs cum Abele, ut is nequi-
 verit sentire ullam iracundiam: aliàs
 conspectum Caini fugisset, ut Jacob Es-
 sau fratris. Similem defectum versus
 notasse videntur in cap. 2. Deut. v. 8. ubi
 marginales voces hæ exhibentur פִּסְקָא
 פִּסְקָא פִּסְקָא. Versus in medio deficiunt.
 Sic ad marginem cap. 37. Gen. ii. margi-
 nalis notatio cum punctis hanc sententi-
 am reddit חָר מִן נְקוּדוֹת טוּ בְּתוֹרָה id est,
 punctationum hæc prima est super voce
 (אֵל) de quindecim in lege in qua super
 voce אֵל bis est Rebia, qualis puncto-
 rum positio in lege quinquies & decies
 reperitur, ut Magistri Masoreth notarunt.
 Notetur אָרָר dici pro אָרָר per ἀφαιρέσω.
 Eiusdem farinae sunt voces Masoreticæ,
 margini Ex. 39. v. 3. additæ, quæ hoc mo-
 do punctis afficiantur חָר מִן יַגְּ מְלִין /
 כְּתוּבִין תְּרִין וָוִין / id est unum seu pri-
 mum de tredecim abundanter, sive ple-
 nè scriptis per duo Vau in voce קְצוּוֹתָיו
 Lev. ii. hæ literæ ad marginem conspici-
 untur, quæ sic punctatæ, hanc sententiã

reddunt לא יקרה לו טן כְּחוּבִים quinde-
 cies in codice sacro reperitur scriptum
 לא eum א in forma Adverbii negandi;
 legitur autem לו in forma pronomi-
 nis, ei.

CAPUT IV.

De סוף תיבור & ראשי
 Hebræarum.

DOctores Hebræi voce artificiali
 תיבור dictionem appellarunt. Ideo
 thebhoth sunt voces Hebræi Sermonis.
 Scribuntur autem voces Hebrææ aut in-
 tegrè aut abbreviatè. Statuimus omnes
 dictiones in textibus sacris integrè seu
 מלא plenè scriptas esse, suis essentialibus
 literis, quibus vox quæque absolvitur.
 Quamquam Cabaliftæ etiam in textib. di-
 ctiones per Rasche scriptas dicant inve-
 niri, ut אבן lapis, quem ædificantes reje-
 cerunt Pf. 118. putant integrarum dictio-
 num initia esse, nempe אב pater אבן filius,
 quod Judæi tam patrem quam filium sua
 incredulitate rejecerint. Sed conjecturis
 Cabalistarum, qui sæpe singulis literis in
 voce singulas dictiones notari docent,
 nequaquam locum demus. Sic enim vox
 una

una plurimas differentes haberet significationes, nec unquam de certo vocis significato constaret. Extra textus sacros in Commentariis Doctorum voces Hebraeae etiam corruptae **חסר** cum defectu vel initialium vel finalium literarum scribuntur. Litera igitur **ראשי** sive capitum aut initiorum est prima dictionis litera, interdum cum secunda dictionis litera juncta, ut vocis **קרי** initialis est **ק**. Sic vocis **ראש כתיב** initialis litera prima est **כ**. Ex aspectu n. unius literae colligenda est tota vox. Notatur autem ita abbreviata, vox initiali litera supernè virgula una vel duabus impositis **כֹּכֶק**: vel etiam punctis impositis hoc modo **כֹּכֶק**: Abbreviatio hæc usurpatur in vocibus, quæ sæpius occurrunt sive *γνωμικῶς* sive *συμβολικῶς* adhibitæ fuerunt, ut dicturi *σωθεῶν*, sive auxilio divino, scribunt **בגה** / quod est **בגבורה השם** cum fortitudine nominis, nempe Jehovæ. Vel idem enuntiaturi scribunt has literas **בסער** quæ Chaldaicam, gnomem notant **בסערא** **דשמיא** per auxilium cælorum, i. e. divina ope. Sic sanctissimum nomen Jehovæ expressuri, circumscribunt illud literis **ראשי** Rasche **הקנה** / quæ sunt initiales harum

harum vocum **הַקְרוֹשׁ בְּרוּךְ הוּא** / id est, Sanctus benedictus ille. Vide Reuchl. de arte Cabalistica lib. 3. Sic dicunt clausuri librum & Deo in conficiendo labore prope præstita gratias acturi **בְּנִלְךָ** / hoc est, benedictus qui lassorobur dedit. **בְּרוּךְ נוֹתֵן לַיְעֶקֹב כֹּחַ** / quæ fontant **נַעַ** / quæ fontant **נַחֲלוֹ עֵדֵן** / quies ejus paradisi sit. Vide talium gnomarum per literas Rasche notatarum fasciculum in libello Weigenmey de Rasche theboth, & in Grammatica Munsteri de Abbreviaturis Hebræorum. Sic **סוף תיבות** est litera abbreviatae dictionis ultima: ut Jehovæ nomen notaturi, scribunt ejus literam ultimam **ו** pro **יהוה**. Hic posterior modus non est adeo usitatus, ut prior. Notant autem hunc posteriorem modum literis initialibus Doctores **ס** sicut priorem **ל**. Vide Reuchl. de arte Cabalistica l. 3.

Huc pertinent omnes abbreviaturæ in margine Bibliorum usurpatae, utpote hæ literæ **ע** sæpè occurrunt (non in Mose: sed in Prophetis) quæ integrarum particularum sunt initiales, **ע** **ק** huc usq; nempe legitur textus Propheticus in haphtara, applicatus ad suam fidram.

Cum-

Cumq; Hebræum Alphabetum valdè accommodatum sit ad varias commutationes: ita occultissima quæq; literis Alphabeti scribunt non solum per סוף aut ראשי תיבות sed etiam medietate posteriore Alphabeti hoc vel illo modo parti priori substrata. Notati autem fuerunt à Doctoribus Hebræis duo permutationis modi. In priori modo, medietati priori substernitur medietas naturali ordine observato literarum, ut literæ נ substernitur ל / literæ כ litera ת hoc modo:

א כ ג ד ה ו ז ח ט י כ
 ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Scripturi enim occultius pro נ sumunt ל / pro כ literam ת. Hic modus scribendi vocatur per אֱלֹהִים (à positi literarum) מַלְאָכִים Rex Esa. 7, 6. literis per Albam permutatis, quæ in suum ordinem redactæ exhibent nomen מַלְכֵי regnum Israelis.

Alter permutationis modus est, cum priori medietati Alphabeti substernitur altera medietas: sed ordine inverso literarum à fine Alphabeti incepto:

B 4

כ נ

אבגדרחזהטיכ

רחש רק צפעסנמל:

Hic commutabuntur אבגדרחז טיכ cum אבגדרחז
 contrà: item טיכ cum אבגדרחז: Vocatur hic mo-
 dus scribendi אבגדרחז itidem à positiu lite-
 rarum permutato. Hujus exemplum ex-
 stare putant Cabalistsæ Jerem. 51. vers. 1.
 ubi scribitur לב קמים cor insurgentium
 eorum: hæ literæ in suum ordinem reda-
 ctæ exhibent vocem כשדים. Sic Jere.
 25, 25. & 51, 41. scribitur ששן Rex, liter-
 ris, אבגדרחז in suum ordinem redactis fit
 אבגדרחז. His exemplis Cabalistsæ demō-
 strant אבגדרחז scribendi rationem. Sed
 fallax est utrumque exemplum. Nam
 in priori exemplo Babylonii, dicuntur
 Lebh Kamim animosè insurgentes, con-
 tra Judæos ut transmutatione nulla opus
 sit. Descriptio enim ista Babyloniorum
 non est subjecti: sed prædicati notatio,
 indicans quid agant Babylonii. Posterius
 exemplum ex ignorantia à Cabalistsis al-
 legatur. Nam ששן nomen proprium
 fuit Deæ cultæ à Babyloniis, cujus festum
 celebrant licentiosè, per quinque dies,
 qui dicti sunt σακείαι ἡμέραι, quibus capta
 fuit Babylon à Cyro, rege Babyloniorum,
 tum

tum non Babyloni: sed Borsippis in mur-
nitissimo loco latitante, ubi Darius etiam
captus à Cyro fuit. Vide Scalig. de emen-
datione temporum in fragmentis Berosi,
fol. 16.

CAPUT V.

De **בְּתָר** divisione Librorū Ve-
teris Testamenti.

Veteris pacti scripturam doctores
Talmudici in quatuor sectiones, quæ
hodie in Bibliis hebræis exstant, distribu-
erunt. Prima sectio ab illis vocatur
תורה lex; cui per appendicem annexi
sunt libri festivitatum: Canticum, Cohe-
leth, Lamentationes, Ruth & Esther. Se-
cundâ & tertiâ sectione continentur Pro-
phetæ **נְבִיאִים** / & secunda quidem secti-
one **אֲחֵרֹנִים** priores: tertiâ a. **אֲחֵרֹנִים**
posteriores: Quartâ parte comprehensi
sunt libri **כְּתוּבִים** scripti sive *ἀγιόγρα-
φοι*. Sed hæc quadripartita sectio labo-
rat *ἀλληλεγγύα*, cui dolus etiam admixtus
esse videtur. Nam genus est positum
pro specie. Omnes enim sacri libri cano-
nici sunt Cethubhim, scripti sive *ἀγιό-
γραφοι* tam à sanctis amanuensibus seu

et subdivisi

*BS aucto-
Libri prophetici dupliciter vel proprie ita dicti
qui scripti sunt a prophetis functione seu ministerio.
ut: alij latè ita dicti, scripti a prophetis in gradu
do gradu, qualis David, Daniel, Job, Salomon qui
prophetae per se fuerunt sed non obierunt in unum prophetam
cum, tanquam politici. Drusus in pentate-*

Et id id
 intelligatur,
 velut hodie
 & numero
 Theologorum
 eximius, qui
 professione
 Theologi non
 sunt. Præf. in
 Mentat. p. 2.

auctoribus scripti, quàm ab ipso sanctif-
 simo Deo dictati. Habent igitur omnes li-
 bri sacri hunc communem titulum, quòd di-
 vinâ auctoritate sint Cethubhim scripti
 & in literas redacti. Dolus cum impe-
 ritiâ hic subesse videtur: quòd Danielelem
 è numero Prophetarum exemerint & li-
 bros Chronicorum ab historicis separa-
 verint. Si enim Josuæ & Judicum librum
 dignati sunt nomine Prophetarum (qui
 sunt puri historici) non incommodè eo
 quoque דברי הימים res temporum seu
 Paralipomena referri potuissent, Psalte-
 rio, Proverbiis & Jobo in partem Oda-
 rum relatis. Christus interdum διχοτο-
 μία librorum Veteris Testamenti agno-
 scit Matth. 5, vers. 12, cap. 11. v. 13. & 22.
 vers. 40. aliquando probat τεichoμία
 Luc. 24, vers. 44. Redibit autem τεicho-
 τομία hæc, ad bimembrem sectionem, si
 Psalmi ad Prophetas referantur. Etenim
 omnes libri sacri sunt historici aut dida-
 ctici, quorum illi narrationes de rebus
 gestis contexunt: Hi præcepta docent.
 Lex enim Mosis agenda vel non-agenda
 notat. Libri Historici πᾶξι agendorum
 vel non-agendorum ostendunt, conti-
 nent enim exempla virtutum & vitiorum.
 Ad

Ad Legem recte omnia precepta sive doctrinae referuntur: Ideo libri nonnulli quartae sectionis pertinebunt vel ad legem: vel ad $\pi\rho\alpha\acute{\xi}\iota\omega$ legis. Ad partem vaticinantem pertinent Psalmi: ad docentem autem referuntur Proverbia & Job. Ad $\pi\rho\alpha\acute{\xi}\iota\omega$ legis pertinent Esdras, Nehemias, res temporum sive Chronica.

CAPUT VI.

De Legis Mosaicae divisione.

Parti primae תורה / quae complectitur Ecclesiastica & politica statuta, Israelitis à Deo praescripta, titulus praefigitur ejusmodi: חֲמִשָּׁה חֻמְשֵׁי תוֹרָה quinque quinquerniones legis sive quinque partita lex Mosis, qui libris quinque; חֻמְשֵׁים comprehensa est. Una voce tota lex Mosis dicitur חֻמְשׁ quinquernio. Graecis vocatur πεντάτευχος quintuplex Mosis volumen, à πέντε חֲמִשָּׁה & τεύχος Mosis volumen. Ideo illae quinque partes constituunt חֻמְשׁ volumen quinquepartitum. Universa namque lex Mosis distincta est in quinque סְפָרִים libros, quorum
fin-

singuli nominantur à prima vel alia primi versus dictione.

Proinde primus legis liber nominatur בְּרֵאשִׁית à voce initiali.

Secundus dicitur à secunda initiali voce שְׁמוֹת nomina.

Tertius liber וַיִּקְרָא & vocavit à prima dictione.

Quartus בְּמִדְבָּר in deserto, similiter à primâ dictione versus.

Quintus denique legis liber à secunda primi versus dictione הַדְּבָרִים Verba.

Omnes horum librorum appellationes in frontispicio cujusque libri sine punctis scribuntur in codice Hebræo, addita voce סֵפֶר. E regione in altera pagella conspicitur nomen sidræ. Sicut autem appellationes librorum Hebræis à vocibus: sic Græcis à rebus petitæ sunt, ut appellatione suâ docerent Lectorem, de qua re in isto libro præcipuè agatur. Primus enim ortum mundi & familiarum generationem exponit, ideo γενεσις sive generatio vocatur. Secundus narrat populi Judaici ex Ægypto egressum, ideò appellatur Ἔξοδος egressio. Tertius Leges & statuta sacerdotibus ac Levitis præscripta exponit, ideo dicitur Leviticus, quòd proprie

riè Levitarum ritus describat. Quartus
 fraëlitarum egressorum ex Ægypto vari-
 am peregrinationem per 40. annos in de-
 serto Arabiæ habitam mansiones & res
 gestas à Judæis præclarè numerat: Ideo
 ἑξήμισι hic liber Numerorum dicitur.

Quintus cum σωτομυῖ & ἀνακεφαλαίω-
 σιν quandam legum & decretorum Dei
 precedentibus libris sparsim indicatorū
 compendiosè exhibeat, ideo vocatur
 ἡ περὶ νόμων, hoc est, repetita lex, aut di-
 gesta juris Israelitici.

CAPUT VII.

De Librorum Legis subdivisi-
 one per פְּרָקִים seu סִימָנִים:

Libros Legis duplici ratione distinctos
 discernimus: capitibus & quibusdam a-
 liis distinctionibus. Rationem distin-
 guendi per capita, quæ vocantur Hebræ-
 is פְּרָקִים à Christianis Judæis adinventam
 fuisse, nonnulli arbitrantur, qui conversi
 ad Christum imitatione Græcorum τμη-
 μάτων, sectionum seu distinctionum, et-
 iam textibus V. T. similes adjecerunt.
 Qui ita statuunt, hoc habent argumenti,
 quod neque ab Apostolis ex Veteri Testa-
 mento

mento in testimoniis citatis, ulla capitulum facta mentio fuerit, neq; à Rabinis textum aliquem allegantibus. Qualis per capita distinctio neque in N. T. ab initio existit. Ideo à doctoribus, qui proximiores fuere temporibus Apostolorum (Justino, Ignatio, Irenæo, Nazianzeno) allegantibus aliquod ex N. T. testimonium, nullam capituli, sed solum totius libri faciunt mentionem, ad Bernhardi usque tempora. Nam distinctio textuum per capita primum evulsit circa annum 1220. ut annotavit Balæus cent. 3. c. 87. Centur. Magd. columna 687. & 1114.

Distinctio autem textuum Hebræorum per capita non est satis accurata. Videmus enim materias cohærentes, sæpe fuisse divulsas: non cohærentes autem conjunctas. Debent enim sectiones textuum fieri in medio diversarum materialium, ut homogenea cogantur sub unam distinctionem: Heterogenea verò ad alias distinctiones referantur. Quod animadvertens Lutherus alicubi non sequitur capitulum distinctionem; sed materias cohærentes, conjungit: non cohærentes separat. Ideo ex cap. 52. Eia. tres ultimos versiculos

iculos cum 53. conjunxit, quod sermo
 de Christo patiente non 53. cap. sed in
 fine capituli præcedentis incipiat. Ea-
 dem per capita distinctio textibus N. T.
 addita sæpè materias confundit aut di-
 vellit. Potior igitur est *ὁμογενεία* aut *ἑτε-
ρογενεία* materiæ, quàm sectio per
 capita. Vocant autem Hebræi caput in-
 terdum פָּרָק interdum פָּסוּק signum, à ver-
 bo פָּסַק signatum aut determinatum est,
 quo textus distinguuntur veluti notis ac
 columnis quibusdam. Vetustior autem
 apparet distinctio in capita in textibus
 Hebræis, quàm in vulgata Hieronymi.
 Nam interpretum Vet. T. distinctio ab
 Hebræa distinctione raro recedit: Hie-
 ronymi v. sæpè variat; ut in Malachia tria
 tantum sunt capita juxta Hebræorum di-
 stinctionem: in vulgata autem sunt qua-
 tuor: posterius enim caput Hebræum
 fuit discerptum in duo. Distinxerunt
 igitur Hebræi Christiani libros sacros
 certis sectionibus seu capitibus, quo-
 rum notas numerales literas Alphabe-
 ti ad marginem textus collocarunt, ut
 primum libri caput, ב' secundum, ג'
 tertium, ד' 20. ה' 25. ו' 30. designet. Rursum
 singula capita distinxerunt certis פ' ו' מ' מ'
 quina

quintariis seu quinque distinctis comma-
 tibus. Supervacaneum namque esse duxe-
 runt, singulos Pesukim ex textu notare &
 distinguere numero: id enim in textu per
 Pasuk factum est. Ideo comprehensos
 quinque versus numerali litera exhibent,
 ita ut sub N quinque versus, sub H toti-
 dem coeant. In notandis namque quin-
 tariis non omnes literæ Alphabeti adhi-
 bentur: sed solum N, ה, ו, י, ט, כ, ה, ל. N
 igitur notabit initium primi quintarii, ה
 secundi, ו tertii seu versus decimum,
 ט 15. כ 20. ה 25. ל 30. Veniunt ergo in
 unum quintarium quinque פסוקים sive
 Memata aut periodi. Nomen accepe-
 runt à Chaldaeo קטף cessare, quòd sen-
 tentiam pleno Spiritu absolutam, signi-
 ficat. Hinc orta origo distinguendi per
 versus, tot in capite aliquo sunt versus,
 quot Pasuk. Singulæ enim absolutæ sen-
 tentiæ seu Pasuk notatæ fuerunt accentu
 distinctivo Silluk, cum Sophpasuk. Hanc
 quinquertionis distinctionem, crassius im-
 mitata fuit Latina versio vulgata, quæ
 suis veluti Paragraphis per literas Al-
 phabeti capita distinxit A. B. C. D. E. F.
 G. quæ in margine capitum ascriptæ
 cernuntur. Venerunt autem sub hanc
 para-

paragraphicam distinctionem sæpè plures Pefukim, quàm quinque. Sic caput Genes. Hebræum 1. constat versibus 31: apud Latinos autem quatuor distinctionibus Paragraphicis fuit comprehensum A. B. C. D. quippe decem versus literæ A. septem B. novem C. quinque D. assignatos videmus. Hanc Paragraphicam distinguendi rationem in vulgata usurpata, Lutherus accuratiore studio longè superavit, cum initium capitis maxima; partium autem homogenearum coherentium magnis ab initio Paragraphicis literis notavit, quod in Wittebergense editione accuratè observatum fuit: alibi autem impressa Bibliorum exemplaria hoc artificium certissimum non habent impressoribus vel ex ignorantia vel supercilio illud negligentibus. Possunt enim istæ Lutheri Paragraphicæ distinctiones perpetuæ esse dispositiones textuum cuivis lectori obviæ & concionatori alias dispositiones textuum ad manus non habenti. Capita enim singula Lutherus divisit in Paragraphos majores & minores: sic caput 1. Genes. in 7. c. 2. in 5. c. 3. in 7. c. 4. in 6. majores paragraphos distinxit, diversasque res à diversis probe

C se-

separavit, materia homogenea in unam
Paragraphicam distinctionem coacta: He-
terogenea in aliam sectionem reservata.

CAPUT VIII.

De Legis Mosaicæ distinctione

per פְּרָשָׁה :

Lex tota Mosis comprehensa est 187.
capitibus. Nam liber primus 50. se-
cundus 40. tertius 27. quartus 36. quin-
tus 34. complectitur capita. Ideo totius
legis versus sunt 5840: in Prophetis au-
tem sunt 9294: in Hagiographicis 864.
Et divisa fuit in sectiones seu partes 54.
quarum singulae sunt singulorum sabba-
thorum lectiones ordinariae: cumq; 187.
cap. in partes 54. redacta fuerint: Ideo
sectio una Sabbathina plura complecti-
tur capita. Tractatur enim Lex istis se-
ctionibus, ut tota annuatim in synagogis
absolvatur. Vocatur autem distinctio
seu pars quaelibet sabbathica פְּרָשָׁה
ordinaria lectio, à פְּרָשָׁה ordine: non-
nunquam verò talis pars פְּרָשָׁה dicitur
à פְּרָשָׁה distinctè interpretatus est, ut par-
scha sit idem, quod explicatio distincta
& ordinaria, cuilibet sabbatho assignata.
COR-

Consueverunt enim singulas פְּרָשְׁיּוֹת in initio notare triplicato פּ vel ס hoc modo: פּ פּ פּ / ס ס ס / quæ literæ non solum initium cuiusq; Parschæ seu sidræ denotant; sed simul ostendunt latius spatium inter ipsas parschioth, ubi novæ incipiunt, relinquendum esse. Ideo per פּ etiam פְּתוּחָה apertionem seu initium parschæ indicatum volunt: Litera verò ס סוּמָה clausuram seu finem Parschæ. Videatur Weigêmeier in libro Rasche tebhoth. Hanc rationem distinguendi Christiani imitati jam antiquitus certas Εὐαγγελίας seu textus Evangelistarum singulis diebus dominicis accommodârunt. Nam Hieronymus jussu Damasi Episcopi Romani, anno Christi 370. singulis diebus dominicis, singula attribuit Evangelia. Quod imitatus Paulus Diaconus Aquilejensis, Desiderii regis Longobardi Cancellarius, ubi venit in potestatem Caroli Magni, Evangeliiis Epistolares textus ex Apostolorum Epistolis, anno Christi 770. addidit. Vide Beurhusium in præfatione analyseos Evangelicæ. Alii Epistolarum & Evangeliorum Dominicalium ordinationem retulerunt ad Musæum, concionatorem in Marsilia,

qui tempore Leonis primi Papæ anno Christi 441. Evangelicos & Epistolares textus ex integris scriptis excerptos singulis hebdomadibus & festis assignavit; ut refert Gennadius citante Nigrino fol. 176. Non igitur Evangeliorum & Epistolarum ordinatio est impiorum Paparum inventum: sed pientissimorum Episcoporum institutum ad captum auditorum se accommodantium. Ideo non sunt superciliosè & temerè; quasi ex impio Papatu originem traxerint, abrogandi, cum ejusmodi certi textus jam in V. T. ex Legge Sabbathis attributi fuerint, Ipsæ quoq; Haphtaroth jam à temporibus Antiochi Sidris adjunctæ fuerunt ex Prophetis. Cum igitur universa lex Mosis in 54. Sidras dispersita fuerit, factum est, ut unus liber Mosis plures interdum: nonnunquam alius pauciores complecteretur Sidras. Nam primus liber habet 12. secundus 11. tertius 10. quartus similiter 10. Quintus 11. Sidras.

Sunt numero 54. alii 52. nempe tot, quot septimanæ sunt anni, numerant sed habent duas suas perfluas.

Nomina verò singularum sidrarum indicat ipsa Epigraphe singulorum legis Librorum, quæ ⲛⲓⲗ tabula seu index Sidrarum & Haphtararum fini librorum additus, exhibet. Luach enim seu index ille

Ille non solum quot sint legis sidrae, &
 quae haphtharæ singulis sidris conjunctæ:
 sed & quae Haphtharæ festis celebrioribus
 competant, monstrat. Nam singu-
 lorum librorum pagella dextera nomen
 libri conspicitur, ut בְּרֵאשִׁית / שְׁמוֹת: in
 sinistro autem folio apparet nomen sidrae
 cum literis numeralibus foliorum, ut li-
 ber Bereschith folio יח 18. exhibet in si-
 nistra pagella nomen Sidrae וַיֵּצֵא. Sic fol.
 49. exhibetur nomen sidrae, in libro
 Schemoth, quae dicitur תְּרוּמָה / singulae
 enim sidrae habent sua nomina vel ex pri-
 mo vel ex secundo versu cujusq; libri. In
 libro בְּרֵאשִׁית prima sidra seu Parscha
 vocatur Bereschith, quam legunt sub ini-
 tium novi anni, qui incipit in Mense Se-
 ptembri. Ibi enim ordiuntur politicum,
 mundanum seu annorum annum. Post
 festum igitur Laticiae magnae, ut vocant,
 primam ordiuntur Parscham, id est, in-
 cipiunt legem de novo sequente anno
 tractandam. Secunda Parscha seu sidra
 dicitur נֹחַ: tertia לֵךְ לָךְ abi tibi. Quar-
 ta וַיִּרְבֵּה. Et visus est Abrahamo. 5.
 וַיִּרְבֵּה חַיֵּי שָׂרָה. Vitæ Sarae. 6. הוֹלֵדוֹת. Hæ
 sunt generationes Esau. 7. וַיֵּצֵא. 8.
 וַיִּשְׁלַח. 9. וַיֵּשֶׁב. 10. מִקֵּץ. in fine anno-
 rum

rum somniavit Pharaoh. 11. וַיֵּצֵא & accessit ad eum Juda. 12. וַיָּחַי & vixit Jacob.
In hac Parscharum divisione non attenditur capitum distinctio, quia eorum aliquot continentur complexu unius Sidra.

Libri secundi שְׁמוֹת / prima Parscha dicitur Schemoth: nomen Parschæ hic, cum libri nomine convenit, sicut in primo quoq; libro.

Secunda וַיֵּרָא / Et visus sum Abrahamo: tertia בּוֹא venit Moses ad Pharaoh. Quarta בְּשַׁלַּח cum dimitteret Pharaoh populum. 5. יִתְרוֹ Jethro. 6. מִשְׁפָּטִים. Hæc sunt judicia. Septima תְּרוּמָה oblatio. Octava תְּצַוָּה & præcepit. Nona תִּשָּׂא & sumes. Decima וַיִּקְרָא Et congregavit. Undecima פְּקוּדֵי numerata tabernacula.

Liber יִקְרָא Leviticus parschas, habet decem, prima, commune nomen habet cum suo libro & dicitur יִקְרָא. Secunda תּוֹרִיעַ præcipe. 3. שְׁמִינִי Octava. 4. אֲחֹרֵי feminabis. 5. מִצֹּרַע Leprosus. 6. קְדוּשִׁים postquam mortuus est. 7. קְדוּשִׁים. Estote sancti. 8. זָכוֹר dic ad filios Israël. 9. בְּהַר in monte. 10. בְּחֻקָּי in statutis meis ambulate.

Liber a. מִדְּבָר Midbhar Numerorum

fi-

similiter decem habet Parfas: 1. Cum li-
bro suo idem habet nomen 2. נְשִׂיָא 3.
בְּהֵעֲלֹתָּ in elevando te. 4. שְׁלַח mitte
exploratores. 5. קַנָּה Contra Mosen as-
urgens. 6. הַקָּרָה statutum legis de vac-
ca Ruffa 7. בֶּלֶק rex Moab. 8. פִּינְחָס
transverberans scortatores. 9. מִמּוֹרֵי
tribus 10. כִּסְעֵי profectioes.

Liber deniq; Haddebharim sidras ha-
bet undecim. Prima cum initio libri sui
dicitur. 2. וְאֶתְחַנֵּן rogavi Deum. 3.
עַקְבֵי propterea. 4. רֵארוּ vide. 5.
שִׁפְטִים judices. 6. תֵּצֵא egredieris.
7. תָּבוֹא venies. 8. נִצְבִים adstan-
tes. 9. וְיִלֵּךְ & abiit. 10. הִאֲזִינוּ audite
cæli & terra: 11. הַפְּרָכֵרֵי benedictio.

In hac Parfarū distinctione nulla habetur
ratio vel librorum distinctorum Mosis,
vel capitum etiam. Nam universa Lex,
ac si esset nullis libris nullisq; capita-
bus distincta, in 54. Parfas seu Sidras
distinguitur. Huc referatur לִיחַ tabula
seu index haphtararum & sidrarum,
in quo, quæ haphtaræ, quibus sidris con-
veniant, in appendice Bibliorum doce-
tur, in quo ordine nominantur Parschæ &
haphtaræ, tam sabbathorum, quàm præ-
cipuorum festorum, ideo index ille in tres

columnas divisus est. Prima columna habet nomina Sidrarum. Secunda habet initia singularum haphtararum: tertia notat Locum Propheticum, & caput, ex quo singulae Haphtaræ sunt desumptæ. De hac re vide infra cap. 24. Distinctio Parscharum Legis est ubiq; gentium apud Judæos eadem. In Haphtaris autem interdum variant secundum nationes. Nam uni Sidræ Hispani olim Judæi aliam Haphtaram, aliam eidem Sidræ Germani Judæi assignarunt.

Parscharum & Sidrarum distinctionem & lectionem perantiquam esse, ex eo facile colligitur: 1. Ex V. T. quod Nehem. c. 8, vers. 9, jubeatur differri luctus in schinopeia ad vigesimum quartum, toto tempore Schinopejias lecta fuit lex diebus septem v. 18. Fletus dilatus ad 24. diem Mensis 7. ut vigesimus tertius dies, qui fuit lætitiæ magnæ præteriret. 2. Ex novo Testamento, quod Christus & Apostoli dicant Mosen Legi singulis sabbathis in Synagogis, Luc. 16, v. 29. Actor. 15, v. 21. Quæ verba duo suggerunt, singulis sabbathis Mosaicæ Legis certam partem ut in illis tractaretur, deputatam fuisse. Fieri enim non potuit, ut totam Legem uno

uno sabbatho legerunt vel confusè hinc inde particulas certas inde decerptas in sabbathis explicarent: sed singula sabbatha suas ordinarias & certas lectiones seu portiones Legis habuisse, quas doctores Hebræi vocant Sidras & Parsas. 2. Omnino vero consentaneum est, ejusmodi particularium lectionum certis sabbathis destinatarum jam tempore Christi usum fuisse. Quod institutum seu quando legis ordinata sit illa lectio, cognitum non habemus, quia desunt nobis historiae, illud tempus notantes, quo ceperint Parschæ. Olim sine dubio in literas hoc institutum relatum fuit; sed variis mutationibus rerum gestarum libri Judæorum extra sacras literas perierunt.

CAPUT IX.

De subdivisione Parscharum.

Tot ergo fuerunt Sidræ & Parschæ legales, in quas universa lex Mosis fuerat secta. Subdividuntur autem singulæ Parschæ in aliquot portiones, quarum aliæ in plura, nonnullæ in pauciora membra secantur. In quibusdam enim parschis notantur septem פַּרְשֵׁי quæ more

Synagogæ Judaicæ à diversis personis leguntur. Notantur autem istæ minutiores integrarum Parscharum partes litera uniformi D vel U mediis Parsis inserta, quorum priore notare volunt פתחה initium inter alias personas legentes. Per literam autem U notatur vox סתומה clausula seu finis, ubi persona, quæ antea legebat, desinit. Sunt igitur hæ literæ D & U similiter initiales, seu Rasche. Primam enim partem cujusque Sidræ legit sacerdos, quem פתחא vocant, quòd cum arbitrantur de tribu Aharon esse, post illum alius legit ex tribu Levi, post duos hosce legunt alii tyrones in lege, non orti de sancta tribu. Literis etenim hisce Rasche D & U / hoc officium notatur seu qualitas textus, nempe per D Petucha, textum esse apertum & planum, qui non egeat, operosa explicatione, à פתחא aperuit seu patens fuit: at litera סתומה textum clausum, obscurum, quique mysticum in se complectatur sensum, notari. Cumq; hæ literæ singulis personis certas portiones legendas, de mandent, factum est, ut ex accidente vim quandam distinctionis habere animadvertantur: Oportet n. ibi, ubi alia Persona

sona legere incipit partem Parschæ, prior-
rem sententiam absolvi, ut Deut. 5. v. 20.
litera D inter nonum & decimum præce-
ptum posita, alterum præceptum ab alte-
ro distinguit, ne præcepta illa de una re a-
gere putentur.

CAPUT X.

De Haphtaris Prophetis, quæ
singulis Sidris adjunctæ
fuerunt.

UT Christiani textibus Evangelicis,
quos diebus Dominicis tractant, Epi-
stolares lectiones ex Apostolorum Episto-
lis decerptas adjungunt, quòd ferè ean-
dem materiã clarius & plenius illæ expo-
nant: Ita Judæi in Sabbathis suis non so-
lùm Sidras legis legunt & explicant; sed
per intervallum aliquod horarum textũ
aliquem Propheticum sidræ homogene-
um adjungunt & interpretantur. Hunc
ex Prophetis assumptum textum vocant
הפטרות cessationem seu dimissionem, à
verbo פטר cessavit, quòd hac parte tex-
tus prophetici absoluta, cœtui liceat do-
mum redire. Ut Sidra Bereschith habet
suam haphtarã ex Esa. 42. cujus initium
est:

est: sic Dixit Deus Jehova. Initium haph-
 taræ hac scriptione ad marginem in tex-
 tibus Prophetis notatur **הַפְּטָרָה בְּרַ**
בְּרֵאשִׁית / Dum verò nomen habet haph-
 taræ jungitur suæ Sidræ, semper ponitur
 in forma regiminis, qua transit **ה** in **ת** / ut
 dicatur **הַפְּטָרָת**. Usus sidrarum multo
 antiquior est instituto Haphtararum.
 Quamvis ipsæ Haphtaræ longe ante Na-
 tivitatem Christi ceperint. Ita n. Haph-
 tararum ortus narratur. Cùm in Antio-
 chi, Regis Græcorum, potestatem venis-
 sent Judæi, ille tyrannidem in populum
 sanctum exercens, edicto vetuit, ne legē
 Mosis publicè in Synagogis legerent sub
 pœna amittendæ vitæ. Ne igitur Judæi
 omnino carerent sacra lectione, lege-
 bant capitula quædam deprompta ex Pro-
 phetis. Ita factum est, ut cessante Tyran-
 nide, Antiochi, & recuperata potestate
 legendi Mosen, manserit conjuncta le-
 ctio Haphtararum cum Sidris. Ad hunc
 modum narrat Elias Levita in Lexico,
 quod inde transtulit Syro - Chaldaicum
 Lexicon in opere Magno Bibliorum Ant-
 verp. in radice **פְּטָרָה**. Narrationi huic si-
 dem facit liber primus Maccabæorum
 cap. 1, 59. Ubi non solùm Lege Judæis
 in-

interdictum : sed etiam, qui illi favissent, aut apud quos saltem liber Domini reperiebatur, ille morte multabatur. Et quia feriæ Judæorum sunt duplices : Sabbathicæ & festorum : ideo utrisq; Haphtaræ sunt accommodatæ. Habent enim Sidræ Mosaicæ suas haphtaras : sic feriæ aliæ itidem suas. Festis enim Judæorum, nulla pars legis adjudicata fuit : nihil enim Legis Mosis Judæorum in festivitibus legitur. Ideo festa habent lectiones ex solis Prophetis desumptas. Quæ verò haphtaræ singulis festis conveniant, monstrat index seu מלל Bibliis annexus, qui primò ostendit, quæ Haphtaræ singulis Sidris competant. Deinde in altera parte, quæ Haphtaræ singulis מפ festis applicatæ fuerint. Festa Judæorum, ut infra pluribus dicetur, sunt partim מפ præcipua & insigniora tria : Pesach, Schebuoth, & Succhoth. Aliæ sunt מועד statæ & fixæ, tam in Lege Mosis præcepta, quàm bona intentione Judæorum introducta. Differunt autem Haphtaræ. Nam aliis Sidris in lege duæ sunt assignatæ Haphtaræ, secundum diversum מנהג ritum & consuetudinem Judæorū in diversis regionibus viventium. Variant

riant

riant enim interdum in Haphtaribus appli-
 candis Sidræ vel festivitibus aliis Judæi
 הספרים Hispani, & Judæi degentes
 in Germania השכנים Germani: ut
 septimæ Parschæ Mosaicæ וַיִּצְיָא secun-
 dum Hispanos attribuitur Haphtara, de-
 sumta ex בתע (integræ dictiones sunt
 בתרי עשר duodecim Prophetæ) C. II.
 Hoseæ. Judæi autem in Germania eidem
 Sidræ assignant Haphtaræ ex c. 12. Hof.
 fugit à Jacob. Ut autem certius sciatur
 omnes festorum & Sabbathorum Haphta-
 ræ, אָלָף seu index capitum (fini biblio-
 rum annexus) consideretur. Divisus is
 apparet in 4. columnas, quarum prima
 nomina Sidrarum ponuntur. Et quia qua-
 libet Sidra requirit suam Haphtaræ, id
 eo in secunda columna initium Haphta-
 ræ cujuslibet, quomodo incipiant singula
 læ exponuntur. Ordine namq; decur-
 rente principia Haphtararum in hac co-
 lumna notantur. In tertia columna illo-
 rum librorum, ex quibus Haphtaræ de-
 sumtæ sunt nomina auctorum & capita
 indicantur. In quarta denique variatio
 Hapht. indicatur secundum doctores Hi-
 spanos & Germanos Judæos. Finem cu-
 jusq; Haphtaræ notant in marginibus tex-
 tum

tuum sacrorum hisce literis Rasche רַשְׁכֵּי
 quæ sunt integrarum particularum initia-
 les רַשְׁכֵּי hucusq; nempe legenda est ha-
 ptara, ut Sidræ Bereschith reperitur Ha-
 phtara in רַשְׁכֵּי c. Esa. 42. ubi Haphtara
 inceperat, v. 5. ad marginem locatis hisce
רַשְׁכֵּי בְרֵשִׁית est Haphtara Bere-
 schith, ad v. 21. hisce literis רַשְׁכֵּי huc-
 usq; porrigi hanc Haphtaram. Idem ju-
 dicium de initio est & fine reliquarum o-
 mnium Haphtararum. De his omnibus
 fufius dicetur infra c. 24.

CAPUT XI.

De Ordine Librorum V. Te- stamenti.

Singulos libros V. T. in specie confide-
 raturis, opus est, scire in genere ordi-
 nem seu consecutionem librorum in V. T.
 Si n. ordo librorum sacrorum in Hebræ-
 o Codice cum Latini exemplaris ordinē
 conferatur, aliquando ingens discrepātia
 animadvertitur, quæ ut dexterius judice-
 tur, hic in Latina Pagnini versione li-
 brorum est ordo: Mosis libri: Josuæ,
 Judic. Ruth, 2. Sam. 2. Reg. 2. Chron.
 1. Esdr. 1. Neh. Psal. Prov. Eccles. Cant.
 Esa:

Esa. Jer. cum Thren. Ezech. Dan. & 12
minores Prophetæ. Atq; hi tantum sunt
Canonici: reliqui sparsim hinc inde in-
serti videlicet Esdræ tertius & quartus,
Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus,
Baruch & tres Maccabæorum sunt Apo-
cryphi-

Ordo verò librorum Canonicoꝝ
in Hebræo codice hic est: In prima parte
sunt quinque Mosis, cum appendice li-
brorum festualium: Cantici, Ruth, Thre-
norum, Ecclesiastes, & volumen Esther.
In secunda sectione sunt Josua, Judicum,
duo Samuelis, & totidem Regum. In
tertia sectione sunt majores & minores
Prophetæ. Majores quidem sic dicti,
quod conciones & Prophetiæ eorum, ple-
niore volumine contineantur. Minores
autem quòd eorum scripta sint contra-
ctiora, breviora, & cæteris minora. Sic
sub titulum majorum Prophetarum veni-
unt: Esaias, Jeremias, Ezechiel. Sub mi-
norum autem duodecim illi minores Pro-
phetæ, quorum primus est Hoseas, Joel,
&c. Thalmudici Daniele numero ma-
jorum Prophetarum exemerunt. Quarta
igitur sectione hi libri sacri exhibentur:
Psalterium, Proverbia, Job, Daniel, Es-
dras,

dras, Nehemias & duo Chronicorum. In hac librorum sacrorum collocatione apparet discrepantia, & quædam convenientia, si omnes intuemur versiones.

Primæ sectioni libelli festuales adherabant. Nam Judæi Canticum Canticorum legunt in festo Pesach (14. Aprilis.) In festo autem Schebuoth seu hebdomadam, seu Pentecostes, in quibus finita fuit messis, legitur libellus Ruth. Ecclesiastes autem legitur in festo Tabernaculorum. Reliqui in aliis feriis; Threni Abh seu 9. Julii, quo templum primum & secundum exustum fuit. Esther verò in diebus sortium פורים 14. & 15. Adar seu Febr. ad recolendam memoriam mirandæ Dei liberationis, quam Deus Judæis tempore Ahasveri seu Xerxis, Hamane contra Judæos sæviente, præstitit. Nunc ordine singulos libros sacros per omnes sectiones considerabimus, expensis eorum nominibus, numero capitum & materiâ contentâ. Post Mosis ergo quinque libros, quorum nomina supra fuerunt indicata. In consideratione Sidrarum, in prima sectione primò offertur Canticum Canticorum.

Videtur
פור פors
esse Persarum
vox
Hebraicè
פורא dicitur.

D

De

DE
Cantico Canticorum.

Hebræi hanc inscriptionem præfigunt huic scripto ex primo Cantici vers. ^{שיר} ^{השירים} / quod est, Canticum Canticorum, seu præstantissimum, nobilissimum, aut regium inter omnia Cantica. Ita namq; solent Hebræi superlativum exprimere gradum, junctis duobus nominibus ejusdem originis, alterum in singulari, alterum in plurali numero formantes. Dicitur ita fuit hoc Canticum per comparationem cum aliis Canticis Salomonis, qui 104. Cantica concinnasse scribitur, 1. Reg. 4, 32. Inter ista Cantica, hoc unum dignum fuit judicatum Canone: ideò solum hoc sacro Codici associatum, & ad nostra usque tempora conservatum fuit. De hujus auctoritate & Canone nunquam Hebræi dubitarunt. Describitur hoc Canticum ardentissimus affectus Regis erga Politiam, & contra: vel populi Judaici erga Deum, ut vult gravissima sententia Lutheri super hoc Canticum. Non est nuptiale carmen compositum vel in honorem filia Regis Ægypti, quã

Salomon in uxorem duxit; vel in honorem Hierosolymitanæ שולמית. Ideo non decantantur hoc vagi & fœdi amores amatorum. Genus autem totum dicendi Allegoricum est, quo aliud dicitur, aliud intelligitur. Propter occultiores igitur & mysticas res, quæ hoc in Cantico sermone allegorico tractantur, semper magnum habitum fuit. Dicitur Doctoribus Hebræis hoc Canticum sanctuarium seu sanctitas sanctitatum, id est, sanctissimum & plenum mysterii carmen. Ideo propter rerum profunditatem, hoc carmine contentarum, interdicitur Lectio Juvenibus apud Judæos usq; ad 30. ætatis annum, quod notavit Origenes in præf. Cantici, & Hieronym. in præfat. in Ezech: Quod interdictum similiter de primo capite Genes. & Ezechielis tam primo quàm 4. c. intellectum volunt, Hieronymus primus putavit mysticè describi hoc Cantico amorem inter Christum & Ecclesiam, hujus sententiam multi secuti, quamvis applicationes multis in locis non conveniant. Absolvitur autem hoc Canticum c. 8. in quibus permutatis perpetuis dialogismis interlocutionum sponsi & sponsæ oratio decurrit.

DE RUTH.

Ruth historia nomen accepit à Ruth; fæminâ Moabiticâ, orta ex posteritate filiarum Loth. Hæc in terra Moab nupsit alteri filio Noëmi illius decantatissimæ matronæ. Vixit autem Ruth temporibus Judicum, ut ex initio historiae Ruth adparet. Postquam Ruth cum Noëmi in Israeliticam terram venisset, nupsit Boazo consanguineo Elimelech, factaq; ita est proavia Davidis, ut cap. 4, 21. narratur. Absolvitur historia 4. capitibus.

DE THRENIS.

Θρήνην, Lamentationes, à *θελώνω* dictas, Græcis; Hebræi à prima voce lamentationum harum אִיכָרִי vocant. A ipsa appellant קִינֹוֹר lamenta, à קִינָה / quod est à קָו / angi, lamentari. Nomen Jeremiæ hisce lamentationibus non præfigitur. Communis autem sententia est, hosce Threnos esse Jeremiæ Prophetæ, quia lacrymarum suarum propter desolatam Jerusalem facit mentionem c. 13, 17. & 14, 17. Interpretes hisce threnis paragraphum præfixerunt, quo narratur Jeremias desolata urbe, & abducto populo stetisse in loco urbis desolatæ. Sed Paragraphus

graphus hic non est in Hebræo. Constat hic libellus capitibus 5. quæ magna diligentia composita sunt, ordine Alphabeti Hebræi servato. Nam in 1. 2. & 4. c. singuli versus à singulis Alphabeti literis incipiunt. In tertio autem capite servato ternario numero à singulis Alphabeti literis tres inchoantur versus. Solum quintum caput est ἀναλφαβητον ordini Alphabetico non alligatum. Ordinem hunc Alphabeticum etiam Psalmi aliquot habent, à quibus hoc artificium translatum, & Salomon observavit c. 31. Prov. ubi frugi matrem familias dignam censet Eucomio Alphabetico.

De Ecclesiaste.

Ecclesiasten Hebræi vocant עקבא Concionatorem, quod hic liber in publicis Judæorum panegyribus & comitiis fuerit lectus. Dicitur autem fuit Salomon filius Davidis, עקבא Eccles. 1, 1. quod hoc panegyricum scriptum composuerit & cœtui Judæorum exhibuerit. Scriptum autem hoc Salomon, post gravissimum suum lapsum, ad meliorem mentem reversus, composuit: in quo omne, quod splendorem aliquem in mundo habere

videtur, cuiq; homines impensè student, summæ arguit vanitatis. De omnibus enim partibus, in quibus homines summum bonum collocant; ait: Vanitas Vanitatum, &c. Solum timorem Dei omnibus rebus præferendum, & in hoc summum bonum collocandum esse cap. ult. expressè docet: Deum time, & mandata eius custodi. In hoc omnis homo esto. Cùm igitur hic liber summum Dei timorem spiret, & compositus sit post juveniles Salomonis illecebras, vero omnino consentaneum est, non solum in senectute Salomonem hunc librum scripsisse; sed etiam ipsum tandem salvatum fuisse. Correptus enim paterna seu humanâ salutem & temporali virga fuit, non æterna, 2. Sam. 7, 14. 1. Reg. 11, 9. Et ut inter typum & Antitypum Christum maneret certitudo, ideo in eius pietate finali adeò nihil desideratum fuit, ut Juda in Salomonis laudato exemplo ambulasse celebretur 2. par. 11, 17. Scriptum hoc continetur 12. cap.

De Libro ESTHER.

Historia Esther præfixum habet hunc titulum מְנוּחַת אֶסְתֵּר volumen Estheræ. Vir-

Virgo fuit Judaica, cujus parentes in
 Babylonicam Captivitatem ducti sub Ne-
 bucadnezar fuerant. Hæc à parentibus
 vocata fuit מִדְּמִי Esth. 2, 7. forsan ab
 מִדְּמִי myrto. Evocata ad dignitatem re-
 giam fuit appellata Esther Persico nomi-
 ne; quia in aula Persica hoc nominis
 sortita fuit. Nam Persis מִדְּמִי est astrum,
 hinc Esther fulgida & clara illa stella
 (Die Schönste) Videatur Scaliger ad
 Eusebium f. 15. Historia hæc mirabilem
 vultum Ecclesiæ Dei sub Persica captivi-
 tate pingit, in qua Dæmon ille aulicus
 Haman consiliarius intimus Ahasveri
 seu Xerxis Regis, propter unum Mardo-
 cheum, qui nolebat Hamanem incurva-
 tionis honore prosequi, totam Judæo-
 rum gentem per 127. Persarum regna dis-
 sipatam, uno die extinctam volebat. Sed
 mirabiliter à Deo res disponuntur, ut
 Haman suspenderetur, & populo Dei
 non solum respiratio in malis; sed et-
 iam ultio de inimicis ipsorum concede-
 retur, qui 75000. hostium necasse nar-
 rantur capite 9, 16. Historia in Hebræo
 textu habet 10, cap. reliqua sunt assuta &
 Apocrypha.

Collatio horum librorum festi-
tialium respectu tem-
poris.

Quinque libri, thoraë Mosaicæ, an-
nexi scripti sunt diversis temporibus:
Antiquissimus horum est liber Ruth, qui
historiam narrat sub iudicibus gestam.
Hunc post longum intervallum sequitur,
Canticum & Ecclesiastes. Threni verò
scripti videntur sub finem vastatæ urbis
per Nebucadnezarem, & populi in capti-
vitatem abducti. Esther verò historia cõ-
tigit finita captivitate, quia anno Ahasve-
ri seu Xerxis 7. Esth. fit regina. Esth. 2, v.
17. Ubi Xerxes ex Græcia rediit. Ante
expeditionem in Græciam convocatis
Satrapibus convivium ingens fecit, quo
tempore deliberatum fuit de bello susci-
piendo adversus Græcos. Videatur Sca-
lig. de Emend. temp. fol. 559.

CAPUT XII.

De Prophetis in genere.

Hucusque prima voluminis Hebræi
sectio complexa fuit legem cum
quinque libellis: sequitur sectio secun-
da,

da, in qua exhibentur Prophetæ priores. Prophetas græca voce à $\omega\epsilon\gamma\phi\eta\mu\iota$, quod rem, antequam eveniat, narrent, seu à $\omega\epsilon\gamma\phi\eta\tau\epsilon\upsilon\omega$ dictos esse, manifestum est, unde etiam $\omega\epsilon\gamma\phi\eta\tau\epsilon\iota\alpha$, quod futura denunciet. Prophetæ vox sonat Latine præ-nunciatores, qui res admirandas, antequam evenirent, ex divina revelatione videbant: ideò primis temporibus dicti fuerunt ראינים visores, 1. Samuel. 9, 9: quaesituri enim ex Deo aliquid, dicebant: $\text{לכו ונלכּה ער הראינה}$ id est, agite eamus ad videntem. Sic dicti à ראה aliquid videre vel naturaliter, vel ex singulari Dei revelatione. Successu temporis Prophetæ dicti sunt נביאים vates seu vaticinantes à נבא futura prædixit, quod futura prædicerent Prophetæ. Cōtingebat a. illis divina revelatio interdū immediatē, nonnunquā mediatē. Immediatē quidem ipsis tale quid non cogitantibus. Distinguunt autem Hebræi inter Prophetiam & Spiritum S. Spiritum S. vocant, quando Spiritus hominem vigilantem invadit, eumq; ad vaticinandum impellit. Ita David Psalmos composuit, Salomon Proverbia vigilans, Spiritu S. illa dictitante, quod David de se ex-

D 5

pres-

pressè restatur, 2. Sam. 23, 2. Sic Amos
 vigilans & pecora pascens vocatur ad
 munus Prophetæ. Prophetiam autem vo-
 cant, qua homini dormienti, vel extra se
 rapto à Spiritu S. aliquid revelatur. Huc
 referunt Judæi, quod Micha, 1 Reg. 22,
 19. Jehovam sedentem in throno exerci-
 tu cœlesti stipatum viderit: quod Ezechi-
 el admirandum currum in 4. mundi pla-
 gas simul euntem viderit. Huc etiam
 illud referunt, quod idem Ezechiel jubeat
 tur placentas super stercore humano seu
 bovino ustulatas comedere. Item quod
 Hoseas jubetur scortum in uxorem du-
 cere. Quamvis incerta sint exempla plæ-
 raque, quod vigilantibus non dormien-
 tibus apparitiones istæ factæ sint. Quod
 item Paulus raptus in tertium cœlum au-
 diverit ineffabilia, incertus utrum in cor-
 pore, an verò extra corpus tum fuerit,
 2. Corint. 12, 3. Nonnunquam Prophetæ
 mediatè Prophetabant, & clariores de
 Messia Prophetas spiritu Domini reve-
 lante ex Scripturis viderunt, cum lege-
 rent & meditarentur Domini verbum,
 & ardentius precarentur. Ita Danieli
 legenti annales sacros de finiendis 70.
 annis captivitatis, fit major revelatio 70.
 septi-

septimanarum, quibus stare debuit res
staurata urbs & stante adhuc Urbe, Mes-
sias exhiberi debuit, Dan. 9, 2. Sive igitur
vigilarent, sive dormirent Prophetæ,
dicebantur *Προφηταὶ ἐν τῷ πνεύματι*
correpti à Spiritu DEI, ut impulsu & agi-
tatione illius res divinas prædicerent.
Verum enimvero hæc distinctio non est
Prophetiæ; sed hominis, cui Prophetia
revelatur, qui diverso in statu invenitur,
modò vigilans, modò dormiens, modò
meditans, Prophetiam accipiebat. Pro-
phetia enim semper est manifestatio di-
vinarum rerum per Spiritum S. qualiscū-
que homo inveniatur. Cæterùm diversis
temporibus diversimodè Deus suam vol-
untatem revelavit. Primo quidem per
somnia & visiones. Deinde per Urim &
Thummim. Deniq; per vocem cœlitus
delapsam in N. Testamento. Hos modos
conjunctim in usu fuisse, colligitur ex hi-
storia Saulis, cui nec per somnia, nec per
Urim, nec per Prophetas Deus amplius
respondebat. 1. Sam. 28, 6. Ultimi modi
exempla aliquot sunt in Novo Testamen-
to, stante in Jordane Christo vox auditur
de cœlo. Sic Damascū proficiscenti Paulo
fit revelatio divina. Item vox ad Petrum
facta:

facta:

facta: Comede. Colligunt autem Doctores Hebræi ex sacris 48. Prophetas & Prophetissas fuisse, qui dono vaticinandi præditi fuerunt, quorum multi post se peculiare libros non reliquerunt, ut Gad, Nathan, Elias, Elisæus. Nonnullorum etiam Prophetarum scripta perierunt, ut libri duo Jehu de rebus gestis Josaphat, 2. Par. 20, 37. Cumq; Prophetæ non solum divinas revelationes haberint; sed etiam eximii Doctores Ecclesiæ extiterint, ideò nomen Prophetæ, generalius sumitur pro omni Doctore Ecclesiæ & concionatore, qui res divinas tractat. Sic tempore Achab, Obadiah aulae Magister, 100. Prophetas abscondisse & cibasse dicitur, 1. Reg. 18, v. 4. Ibidem 450. Prophetarum mendacium, qui Idolis sacrificabant, fit mentio. Ubi vox Prophetæ non de talibus eximiis Prophetis a flatu divino correptis; sed de quovis Doctore veriloquo aut etiam mendace accipitur.

CAPUT XIII.

De Prophetis prioribus.

Pro-

Prophetas duplices constituerunt Do-
 ctiores Hebræi: priores & postero-
 res, divisione sumpta ex Zach. i, 4. Facta
 autem est hæc distinctio ab adjuncto tem-
 pore, quo vixerunt. Alii enim ante capti-
 vitatem; alii post prophetarunt. Sed
 Hebræi illos vocant priores Prophetas,
 qui ante tempora Uziæ regis vixerunt,
 non considerata captivitate Babylonica.
 In secunda hac sectione codicis Hebræi
 hic titulus præfigitur, Prophetæ priores:
 נְבִיאִים רִאשׁוֹנִים. Veniunt autem sub
 nomine priorum Prophetarum, liber Jo-
 sue, Judicum, duo Samuelis, duo Regum.
 Ideo autem hi libri nomine Prophetarum
 appellantur à Doctoribus Hebr. quia Sa-
 muel omnium Prophetarum primus fu-
 isse dicitur Act. 3. qui & alios omnes
 Prophetandi dono superaverit, & Aca-
 demiam filiis Prophetarum extruxerit;
 in illaq; Rector fuerit in Najoth. i. Sam.
 19, 20. Deinde quia omnes Spiritu vati-
 cinandi præditi phrasi Hebræa dicti fue-
 runt Prophetæ. Sic Judicum cap. 6. De-
 bora mater in Israël Prophetissa vocatur.
 Hæc in genere de prioribus Prophetis:
 sequuntur nunc singuli libri sectionis se-
 cundæ:

CAPUT XIV.

De Libris secundæ Sectionis.

DE JOSUA.

Josua Hebræis יְהוֹשֻׁעַ & יְהוֹרָא à יהוה שוע & יהוה רוע
 Domini salute, dicitur, q. d. Dominus
 illius Salvator, nomine composito, par-
 tim ex sanctissimo nomine יהוה (sic e-
 nim plærumq; propria nomina homines
 cum Dei nomine componere consueve-
 runt, ut in unam familiam Dei transiisse
 & à solo Deo donum accepisse crederen-
 tur) partim ex nomine שוע salutis. No-
 men hoc honorarium Josuæ à Mose fuit
 impositum propter eximia virtutum &
 donorum in ipso refulgentium documē-
 ta, quodq; mortuo Mose res admirandas
 esset gesturus. Nomen autem ex circū-
 cisione habuit יהוה שוע Salvator Num. 13
 17 Natus adhuc in Ægypto ex tribu Eph-
 raim, minister fuit Mosis. Hic ex Rephi-
 dim decima mansione (quarum 42. Isra-
 elitæ habuerunt intra 40. annos, toties
 enim sua castra commutarunt, & in loca
 alia transfulerunt) cum 11. viris explora-
 tum mittitur terram Canaan. Scientiæ
 bellicæ specimen edidit, pugnans contra
 Ama-

Amalekitas Exo. 17, 9. Cū verò sollicitus
 Moses de futuro populi Duce Deum
 consulere, jubetur Josuam ducem popu-
 li Israëlitici constituere Num. 27, 18. Ideò
 sistitur coram Israële, eiq; Moses manus
 imponit, dux creatus adhuc vivente Mo-
 se, ut Judæos in terram sanctam introdu-
 ceret. Mortuo ergo Mose (cum annos
 120. expleviffet Deut. 34, 7.) Josua reple-
 tus Spiritu sancto misit exploratores in
 Jericho, & trajecit Jordanem, erectisq;
 12. lapidibus in memoriam transitus re-
 novat circumcissionem per 40. annos in
 deserto omissam. Oppugnat Jericho &
 trans Jordanem 30. reges cædit, (Reges
 12. non tam nationum quam civitatum
 fuerunt. Sic Melchisedech in Salem,
 sic Sodoma suum regem habuit.) In op-
 pugnatione Gibeon ad 24. horas Sol si-
 stitur. Dividit terram, singulis tribubus
 sua parte assignata. Tandem exprobra-
 ta Judæis Idololatria, & extorto consen-
 su velle Israelem in viis Domini ambula-
 re, anno ætatis 110. moritur, Josuæ 24,
 29. Historia Josuæ constat capit. 24. &
 complectitur historiam ferme 30. anno-
 rum.

LIBER JUDICUM.

Liber Judicum סֵפֶר שֹׁפְטִים Hebraice nuncupatur. Fuerunt autem Judices gubernatores populi Judaici post introductionem in terram promissam, dicti à **שֹׁפֵט** quod judicando, ad tribunal sederent. Primis enim seculis Judaicus populus regebatur patria potestate. Sic patres ante diluuium & post diluuium, Abraham, Isaac, Jacob, sic Joseph in Ægypto. Duravit hæc patrum potestas etiam tempore Mosis & Josuæ. Deinde judiciaria potestate. Tertio regia, quibus duces conjuncti sunt. Denique sacerdotali seu Pontificia forma regiminis semper in deterius ruente. Patria potestas judiciariæ, Judiciaria regis præstitit. Sub Pontificum autem potestate totalis fuit facta populi Israel apostasia à vero Deo. Diversa autem erat forma gubernationis sub iudicibus à forma regum vel Pontificum. Judices enim Deus excitabat ex qualibet tribu: reges autem & Pontifices ex certa. Deinde reges dominantur in populi facultates, Judices non item. Judices non exercebant imperium in populum: sed tutabantur fines patrios.

trios: conservabant religionem & populi
 controversias dirimebant: vel denique
 populum suum e servitute gentium libe-
 rabant, unde מוֹשִׁיעִים servatores dice-
 bantur. Non verò continuè judices e-
 rant; sed aliquando liberato populo ab
 hostibus vel mortuo Judice Israelitæ *au-*
τονομία sua utebantur. Sic cùm popu-
 lus Judaicus in servitute Sisseræ reda-
 ctus fuisset, liberabatur à Debora Jud. 5.
 postea quiescit Israel per 40. annos suo
 gaudens jure. Numerantur autem Judi-
 ces 16. Judas & Simeon simul judicant,
 Othoniel, Ehud, Samgar, Debora & Ba-
 rach, Gideon, Abimelech, Thola, Jair,
 Jephta, Abesan, Elon, Abdon, Samson.
 His adnumeratur Samuel cum filiis Joe-
 le & Abia, nec non Eli. Nam Samuel
 natus tempore judicum, cùm Israel re-
 gem non haberet, ipse populum omnibus
 diebus suæ vitæ judicavit, & singulis an-
 nis loca Israelitica circumivit, populiq; cō-
 troversias composuit. Perfunctus autem
 hoc officio domum suam in Rama redi-
 bat 1. Sam. 15. Sic Eli quoque judex fu-
 it Israël 40. annos, filius ejus degene-
 rantibus à patria virtute 1. Samu. 4. Sa-
 muel cum senio esset confectus, filios su-

os Joëlem & Abiam super Israëlem constituit iudices. Sed hi avaritia ducti iudicia pervertebant, populoq; occasionem dabant ad Apostasiam, ut is rejectis iudicibus more aliarum gentium regem posceret, 1. Sam. 8. Fuerunt igitur iudices in univèrsum 20. Quamdiu autem singuli Israëlem iudicârint, quidq; memoria dignum gesserint, singulorum historiæ in libello iudicum commemorant.

Libri SAMUELIS.

Libri Samuelis in vulgata versione annumerantur libris Regum, ideo quatuor libri Regum facti sunt. Accidit verò id propter Saulis & Davidis historiæ, quæ in libris Samuelis describitur, qui æquè reges fuerunt, quam isti, qui in libris Regum. Verùm clara est distinctio horum librorum, tum ex divina auctoritate desumpta. Differunt enim libri Samuelis à libris Regum titulo: deinde Scriptura distinguit inter Samuelis & Regum libros. Sic enim ipsa Davidis res gestas priores & posteriores descriptas esse affirmat in verbis Samuelis videntis, 1. Par. 29, 29. Quas etiam in libro Nathan & Gad commemoratos Scriptura ait:

ait. Diversi igitur sunt libri Sam. à Re-
 gum. Deinde duo hîc Samuelis libri fa-
 cti fuerunt, prior & posterior. In prior
 re acta Davidis describuntur, cûm adhuc
 sub Saule viveret, & ab illo in decennale
 exilium exturbaretur. Posteriore libro
 res Davidis narrantur cum occiso Saule
 regno integro potiretur, Titulus libro-
 rum Samuelis est: סֵפֶר שְׁמוּאֵל vel
 סֵפֶר רִאשׁוֹן מִהַמְּלָכִים primus liber de
 regibus, vel secundus, tertius, quartus, de
 Regibus. Vocati sunt libri Samuelis à
 Schemuel iudice, quem precibus mater
 sterilis à Deo impetravit. Unde Infan-
 ti indit nomen efflagitati à Deo: vel à
 שָׁאֵל petere seu rogare & voce El: vel
 quia in nomine Samuel מ infertum cerni-
 tur, videtur illud mater composuisse aut
 ex Schaal petere à מן & אֵל Deo. Nam
 illa inquit rationem nominis reddens
 כִּי מִיְהוָה שָׁאֵלָתִי quia à Jehova cum
 precibus obtinui: aut componitur hoc no-
 men ex verbo שָׁמַע audivit & nomine
 DEI El, facta literæ ם Syncope. Describū-
 tur a. libris Samuelis acta Saulis, Davidis
 ac Salomonis ex parte. Primo quidē libro
 tantūm Saulis & Davidis: secundo autem

Davidis & Salomonis simul. Prior liber
habet 31. cap. posterior autem 24. sic nu-
merus horum duorum 55.

Liber REGUM.

Libri Regum vocantur Hebræis
מְלָכִים a מָלַךְ regnavit. Est autem liber
Regum historia Regum Israeliticorum;
tam cum esset adhuc regnum indivisum;
quàm cum scissum est in duas partes, in
regnum Israeliticum, cujus Metropolis
fuit Samaria: & in regnum Judæ, cujus
regia sedes fuit Hierosolymis. Descri-
buntur in libris Regum historiæ Imperii
Israelitici & forma Ecclesiæ sub istis regi-
bus ab anno 4. Salomonis, quo templum
Domino ædificavit, quod factum est an-
no 480. ab egressu ex Ægypto. Impera-
vit autem Salomon toti Israeli, id est, o-
mnibus Judæis ad unum regnum perti-
nentibus annis 40. Huic filius Rehabe-
am successit in regno Judæ. Jeroboam
autem in regno Israelitico Samariæ, in
utroque regno manente populo Judai-
co: non enim Samaritanum regnum fuit
principio gentium regnum. Etenim post
mortem Salomonis scissum est regnum
Judæorum in duas partes, ut Rehabeam
fili-

filius Salomonis imperaret duabus, tan-
 tum tribubus: Judæ & Benjamin. Su-
 per 10. reliquas tribus, quæ per defectio-
 nem à domo Davidis defecerant, rex cō-
 stituitur Jeroboam. Ideò post tempora
 Salomonis semper duo Reges Judæis im-
 perabant. Duravit autem hæc dispar Ju-
 dæorum gubernatio, donec regnum Sa-
 mariæ everteretur à Syris, cum rex Sa-
 mariæ abduceretur in captivitatem per
 Salmanasserem 2. Paralip. 11, 17. & 12, 2.
 manente altero regno Judæorum in Je-
 rusalem. Quia verò regna illa differe-
 bant religione, legibus & ritibus, ideò
 semper inter Israeliticos & Judææ reges
 fuit aut ingens odium, sic Rehabeam ge-
 nit bellum cum Jeroboam, 1. Reg. 14, 30.
 Abia cum Nadab 1. Regum 15, 6. Afa cum
 Baasa ibidem vers. 16. Aut quædam a-
 micitia inter illos fuit, ut inter Josaphat
 Regem Judæ, & Ahas regem Israel, 1.
 Reg. 22, 45. Aliquando reges Israelitici
 suorum antecessorum masculam prolem,
 quæ spem successionis in regno habebat,
 funditus tollere conabantur, ne esset su-
 perstes, qui ad parietem mingeret, ut
 Zimri Baasæ: sic Jehu familiam Achab,
 2. Regum 9. Judæi in regno Jeroboam.

deficiunt à lege Dei anno quinto regni Rehabeam, seq; totos Idololatriæ dedūt. Duravit autem hæc Israelis defectio annos 390. qui anni iniquitatis dicti fuerunt, quibus tandem etiam adscita fuit totalis desolatio, quod Deus veluti in tabella ostendere voluit, dum per Ezechielem jubet urbem depictam in latere obsidere per 390. dies: quibus notati fuerunt anni *Ἰσραηλιτικῶν* sub Israeliticis Regibus exacti, Ez. 4, 5. & seq. Libri ergo Regum à principio regni Salomonis usq; ad annum captivitatis totalis complectuntur historiam annorum 435, si nempe ad annos Apostasiæ 390. quinque Rehabeam & 40. Salomonis anni addantur.

CAPUT XV.

De Regibus Judæ in genere, & in specie de illis, qui Rehabeam mo Hierosolymis successerunt.

AD rectius intelligendam historiam tam Regum, quam conciones Prophetarum, utile magnoperè est scire *συνοχῆς* & successionem Regum in utroq; regno Judæorum, non solum propter diver-

ver-

versitatem Regiminis politici; sed & propter miserrimam Ecclesiæ faciem, quæ modò crevit, modò valde attenuata fuit sub illa Regum diversitate. In regno Judææ integritas cultus divini & religio aliquo modo floruit, in regno autem Israel ipsissima dominabitur Apostasia, ad quam arguendam, sacerdotibus vel in alterutro vel in utroque regno à vero Dei cultu discedentibus, Deus extraordinariè excitabat etiam extra tribum Leviticam Prophetas, eosq; vel ad utriusque regni reges, vel ad alterius mittebat, ut indicata atrocitate Apostasiæ populum cum regibus ad saniolem mentem reducerent. Reges Judæorum in principio erant universales, qui super totum semen Abrahami imperabant. Fuit Saul, David & Salomon. Nam dicitur Saul regnasse 40. annos Act. 13, 31. sed 1. Sam. 13. dicitur regnasse duobus annis, quod de jure, non de possessione intelligendum est: Saul enim habuit potestatem regnandi cum Samuele, 40. annos: sed jus regnandi verum tantum habuit usque ad bellum Amalekiticum, in quo regi Agag pepercit. 1. Sam. 15, 7.

Confosso a. Sauli desperato, succedit

E 4

Da:

David, qui regnavit annos similiter 40.
in Hebron quidem 7. in Jerusalem autem
33. 1. Reg. 2, 11.

Defuncto Davidi patri filius Salomon
succedit in regno, qui pariter 40. ann. re-
gnavit, 1. Reg. 11, 42.

Post Salomonem scinditur regnum po-
puli Judaici in regnum Judæ & Israel,
quod aliquando dicitur regnum Manaf-
sæ, Ephraim, Joseph, Samariæ. 1. Reg. 14,
21.

Post Salom: regem Judæ fit Rehob, fi-
lius, rex in Juda, qui impius regnat an-
nos 17, 1. Reg. 14, 21.

Post hunc regnat Abiam, filius æquè
impius annos 3. 1. Reg. 15, 2.

Post Abiam patrem impium, regnat
Asah filius pius annos 41. 1. Regum. 15,
10.

Hic pio patri succedit pius filius
Josaphat, qui regnat 25. annos. 1. Reg.
22, 42.

Post hunc regnat Joram filius impi-
us annis 8. 2. Reg. 8.

Joræ Patri impio succedit filius im-
pius Achazia, qui unum annum regnat, 2.
Reg. 8, 26.

Occiso Achaziæ impio succedit fi-
lius

lius Joas, pius, qui regnat annos 40. 2. Reg. 12, 1.

Post pium Joam regnat pius filius Amasias, annos 29. 2. Reg. 14.

Post Amasiam regnat ejus filius pius Azarias seu Uzias, πολυπράγμων tamen, annos 52.

Azariæ succedit Jothan, pius, qui regnat annos 16. 2. Reg. 15.

Post Jotham regnat filius impius Achaz annos 16. 2. Reg. 16, 2.

Achazo impio succedit filius omnium piensissimus Hiskias, qui annos 29. regnavit, 2. Reg. 18, 2.

Pio patri Hiskiaë succedit impiensissimus filius Manasses, qui regnavit annos 55. 2. Reg. 21, 1.

Patri impio impius succedit filius Ammon, qui regnavit annos duos. 2. Reg. 21, 19.

Impio Ammoni succedit filius piensissimus Josias, qui regnavit 31. annos. 2. Reg. 22.


Josiaë pio filius impius Jehoachaz succedit, qui tres tantum menses regnavit, regno Judæ ad ruinam inclinante, 2. Reg. 23, 31.

Abducto fratri Jehoachaz in Ægyptum

impio succedit filius æquè impius Elia-
 kim. Is constitutus Rex à Pharaone no-
 men mutatum accipit Jehojakim, regnat
 filius æquè impius Jehojakim tribus mē-
 sibus, aliàs dictus Jechonia Ierem. 17. v.
 20. 2. Paralipom. 36, vers. 9. Dicitur et-
 iam Obonias, Ierem. 21, v. 24. pro Jeho-
 jakim abducto Nebucadnezar constituit
 Regem in Jerusalem Matania patrum
 Jehojakim, ejusque nomen in Zedekia
 commutavit, 2. Reg. 24, v. 17. Regnat im-
 piè annos 11. deficit à Babylonio, supe-
 ratus autem ducitur in captivitatem &
 excecatur 2. Reg. 25, v. 7. Hoc rege ab-
 ducto universalis facta est πανολετρία
 urbis & regionis, abducta tota nobilitate
 & flore populi, agricolis & vinitoribus
 solis relictis in Judæa, quibus præfuit Ge-
 dolia, mensibus 7. Hoc occiso populus
 reliquus fugiens Babyloniorum Tyranni-
 dem abiit in Ægyptum. 2. Reg. 25, 26. Sum-
 ma annorum regum in regno Judæ à scis-
 so imperio post Salomonem. 387.

CAPUT XVI.

De Regibus Israelis, qui fuerunt
 in altero Regno Judæorum
 Samariæ. Scis

Scesso Salomonis uno regno in duas partes, pars altera eaq; potior, ex Apostalasia cecidit Jeroboam, homini novo & humili, quem Deus e medio populi tulit, qui fuit filius Nadabi 1. Reg. 14, 7. Hic novum regnum facit in Samaria, ibique Judæis sibi subjectis imperat, nec patitur, fines tribuum 10. imminui per Reges Hierosolymitanos, quin potius fines sui regni extendere conatur. Ut vero populum in obedientia contineat, retinuit primum legem Moſis, deinde sacrificia, tertio festa, tantum ea in loco à Deo non approbato administrabat, additis multis superstitionibus & cultu vitulorum. Fuit autem Jeroboam regi Rehabeam Judæ ^{αυτοκρατορ} , regnavitq; in Israele impiè annos 22. 1. Reg. 14. annis quinque longius quam Rehabeam.

Defuncto Jeroboam succedit filius Nadab nomen à vi gerens, similis Patri. Impius regnat annis duobus 1. Reg. 15, 25.

Interfecto Nadab successit Baassa, stemmate regio interrupto impius regnat annos 24. 1. Reg. 15, 33.

Baassæ succedit Zimbri, rursus interrupto regio stemmate. Is regnat tantum 7. dies 1. Reg. 16, 15.

Com-

Combusto Zimbri successit Amri impius, qui regnat annos 12. 1. Reg. 16, 23. Hic primo regiam extruxit domum in monte Someron (Samarix) loco empto duob. talentis à Schemer montis possessore. Zimbri enim exusserat arcem regiam in Therfa, ubi antea Samaritani reges habitabant.

Omri patri succedit filius Achab, qui instaurato Baalitico cultu regnabat iniquè annos 20. 1. Regum 16, 29.

Quinque hi reges proximè præcedentes *συγγεγονοι* fuerunt regis Judæ Asæ.

Achab impio impius succedit filius Joram, qui in Israele regnat annis 12. 2. Reg. 3, 1. Transfixo Joram sagittâ succedit Jehu, rursus lineâ regiâ interrupta, & regnat in Israele annos 28, mediocriter 2. Reg. 10. Jehu patri succedit filius Joachaz impius. Hic differt à Jehoachaz Juda. Nam Jehoachaz Judæ regnat tantum 3. mensibus: sed Jehoachaz Israelis regnat annos 17. 2. Reg. 13, 1.

Jechoachaz Israelitico regi succedit filius ibidem Joas, qui regnavit impiè 16. 2. Reg. 13. Nominatur hic Joas interdum Jehoas *יְהוֹאָשׁ* & aliquando contractè *יְהוֹשָׁ* 2. Reg. 14. Joas patri succedit fili-

us

lis Jeroboam secundus, regnatq; impiè annos 41. 2. Reg. 14, 23. Jeroboam secundo patri succedit Zacharias, qui regnat impiè 6. mens. 2. Reg. 15, 8. Hic jam cœpit inclinare regnum Samariæ & vergere ad interitum. Occiso Zachariæ succedit Sallum, qui unum regnat mensem, 2. Reg. 15, 13. Occiso Sallum succedit Menachem, qui regnat tyrannicè annos 10. 2. Reg. 15, 17. Menachem patri succedit filius Pekaja, qui impiè regnavit 2. annis, 2. Reg. 15, 23. Occiso Pekajæ succedit Peka, regnatq; impiè annos 20. 2. Reg. 15, 27. Occiso Peka succedit Hosea Synarchus Achaz Iudaico, regnavit autem impiè annis 9. Fit primò tributarius Assyriæ regi Salmanassari: postea Hosea cum 10. tribubus Samariæ in Assyriam seu Babylo-nem abducitur anno 9. regni sui, qui fuit 6. Hiskia. Legatur Lutherus ad Mich. tom. 4. Lat. Ienen. fol. 539. Sic finem habuit regnum Israeliticum Samariæ, quod à Jeroboam primo rege duravit 238. annos, vel ut Scaliger computat ad Eusebium f. 157. in canonibus Isagogicis, fuerunt anni 259. (si alicubi aliquot anni interregni inferantur.) quibus regnum Samariæ duravit. His annis subtractis à

387. cum dimidio regum in Ierusalē, manent vel 149. vel 128. vel computante Luthero in præfat. ad Mich. circiter 150. quibus longius stetit regnum in Ierusalem. Certum a. est ad minimum regnum Hierosolymitanum diutius regno Samariæ stetit 134. annos. Tandem regnum Judæ totaliter eversum fuit à Nebucadnezar Assyrío, Babylonio Imperatore. Nam Salmanasser primò vastavit regnū Samariæ: Sennacherib ejus filius conatur vastare regnum Ierusalem, sed cæditur. Successor Sennacheribi Asserhaddon quiescit, nihil molitur Merodach, neq; Benmerodach. Tandem filius Benmerod. Nebucadnez. evertit Ierusalem capto primū Jechonia. Ex collatione annorum regū Judæ & Israelis resultat *συγχεοια*, quæ ostendit qui Iudæorum reges, cum quibus regibus Israelis eodē tempore vixerint & simul Iudæis imperarint. Jeroboam Israelis, *σύγχεον* & *συνάραχ* fuit regibus Iudæ Rehabeam, Abiam & Asæ. Sic reges Israelis, Nadab, Baasa, Ela, Zimbri, Omri sunt *σύγχεοι*, Asæ regi Iudæ. Achabo Israelis eod. temp. quo Josaphat regnavit, Ioram israelis coætaneus est, Ioram Iudæ, Achaziæ, & Ioas. Sic Iehu & Jehoachaz

Achaz Israelis sunt *σὺγγεγονοί* Joas Iudæ. Ita
 Jeroboam alter, Zacharias, Sallum, Me-
 nachem reges Israelis, sunt *σὺγγεγονοί* uni
 Uzizæ seu Azariæ Iudæ. At Pekaja, Peka,
 Hofea, Israelis reges, sunt *σὺβάριοι* tri-
 bus regibus Iudæ; Iotham, Achaz & His-
 kia. Cæteri Iudæ reges Manasses, Amon,
 Josias, Iehoachaz, Iehoiakim (qui Uriã
 Prophetam prædicentem excidiũ Urbis,
 retractũ ex Ægypto decollavit, nec Pro-
 pheticẽ sepelivit Ier. 26, v. 23.) Iehoiakim
 sive Iechonia & Zedekias nullos habue-
 runt *σὺγγεγονούς*, reges Israeliticos, quòd
 abductis Iudæis Samaritanis in captivita-
 tem per Salmanasserem regnum vastatum
 fuerit, novis Chaldæorum in Samaria
 constitutis præfectis. Soli igitur reges in
 Ierusalem imperabant. Quid verò in Sa-
 maria & Iudæ regno post interfectum Ge-
 doliam factum gestumve sit usq; ad redi-
 tum populi Iudæ ex captivitate, id Scri-
 ptura non commemoravit. Regum autem
 Israeliticorum & Iudæ res gesta describũ-
 tur libris Regum & Chronicorum, qui e-
 asdem eorundem regum historias nar-
 rant, si in libris regum breviores sint
 narrationes, in Chronicis fusiũs expo-
 nuntur.

Illud

Illud non caret difficultate, quòd in libris Regum ad lectionem ejusdem historiæ in Chronicis lector ablegatur: si abruptur historia in Chronicis, dicitur illa scripta esse in libris Regum. Quasi libri Regum & Chronicorum ab iisdem auctoribus fuerint scripti eodem tempore. Denique prior regum habet capita 22. huc prior paralip. referatur, cujus sunt cap. 29. posterior autem Regum habet 25. cap. huc referatur posterior Chronicorum, qui habet cap. 36.

Collatio Regum Juda & Regum Israelis in anno mundi & *ἰστορίας* Israelis: adornata studio Reverendi viri Dn. JOHANNIS BEHM, sacrae Theologiæ Doctoris, nunc Professoris Theol. Regio monti Borussorum.

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

	Rehabeā	Jerobe.	
2969	1	1. am 1.	1
2970	2	2	2
2971	3	3	3
2972	4	4	4
2973	5	5	5
2974	6	6	6
2975	7	7	7
2976	8	8	8
2977	9	9	9
2978	10	10	10
2979	11	11	11
2980	12	12	12
2981	13	13	13
2982	14	14	14
2983	15	15	15
2984	16	16	16
2985	17	17	17
	Abia.		
2986	1	18	18
2987	2	19	19
2988	3. 1. Assa.	20	20
		Nadab.	
2989	2	21. 1.	21

F

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

		Baefā.	
2990	3	22. 2.	1. 22
2991	4		2 23
2992	5		3 24
2993	6		4 25
2994	7		5 26
2995	8		6 27
2996	9		7 28
2997	10		8 29
2998	11		9 30
2999	12		10 31
3000	13		11 32
3001	14		12 33
3002	15		13 34
3003	16		14 35
3004	17		15 36
3005	18		16 37
3006	19		17 38
3007	20		18 39
3008	21		19 40
3009	22		20 41
3010	23		21 42
3011	24		22 43
3012	25		23 44

Anni

Caput XVI.

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

		Ella.		
3013	26	24	1	45
		Amiri	2	
3014	27	1		46
3015	28	2		47
3016	29	3		48
3017	30	4		49
3018	31	5		50
3019	32	6		51
3020	33	7		52
3021	34	8		53
3022	35	9		54
3023	36	10		55
3024	37	11		56
		Achab.		
3025	38	12	1	57
3026	39		2	58
	40		3	59
3027	Josaph.			
3028	41	1	4	60
3029		2	5	61
3030		3	6	62
3031		4	7	63
3032		5	8	64

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

3033		6		9	65
3034		7		10	65
3035		8		11	67
3036		9		12	68
3037		10		13	69
3038		11		14	70
3039		12		15	71
3040		13		16	72
3041		14		17	73
3042		15		18	74
3043		16		19	75
			Ahasia.		
3044	Prius	17	i.	20	76
	Jorami		Joram.		
3045	initium	18	21, 2.	i	77
3046	22. nov.	19	22.	2	78
3047	23. nov.	20		3	79
3048		21		4	80
3049	22. Post-			5	81
3050	23. riu-	2		6	82
3051	24. Jora-	3		7	83
3052	25. mi	4		8	84
3053	nitium	5		9	85
3054	verum	6		10	86

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

3055	7	11	87
	Ahasja		
3056	8	12	88
	1.		
3057	1 Athalia	Jehu 1	89
3058	2	2	90
3059	3	3	91
3060	4	4	92
3061	5	5	93
3062	6	6	94
	Joas		
3063	7.	7	95
3064	2	8	96
3065	3	9	97
3066	4	10	98
3067	5	11	99
3068	6	12	100
3069	7	13	101
3070	8	14	102
3071	9	15	103
3072	10	16	104
3073	11	17	105
3074	12	18	106
3075	13	19	107

F 3

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

3076	14	20	108
3077	15	21	109
3078	16	22	110
3079	17	23	111
3080	18	24	112
3081	19	25	113
3082	20	26	114
3083	21	27	115
3084	22	28	116
3085	23	1	117
3086	24	2	118
3087	25	3	119
3088	26	4	120
3089	27	5	121
3090	28	6	122
3091	29	7	123
3092	30	8	124
3093	31	9	125
3094	32	10	126
3095	33	11	127
3096	34	12	128
3097	35	13	129
3098	36	14	130
		Joas.	

Amis

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

3099	37		15	1	131
	Amasia				
3100	38	1	16	2	132
3101	39	2	17	3	133
3102	40	3		4	134
3103		4		5	135
3104		5		6	136
3105		6		7	137
3106		7		8	138
3107		8		9	139
3108		9		10	140
3109		10		11	141
3110		11		12	142
3111		12		13	143
3112		13		14	144
3113		14		15	145
			Jeroboā		
3114		15	1	16	146
3115		16	2		147
3116		17	3		148
3117		18	4		149
3118		19	5		150
3119		20	6		151
3120		21	7		152

F 4

Ami

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

3121		22	8	153
3122		23	9	154
3123		24	10	155
3124		25	11	156
3125		26	12	157
3126		27	13	158
3127		28	14	159
3128		29	15	160
3129	I	Interregnum in Juda regno I. annorum.	16	161
3130	2		17	162
3131	3		18	163
3132	4		19	164
3133	5		20	165
3134	6		21	166
3135	7		22	167
3136	8		23	168
3137	9		24	169
3138	10		25	170
3139	II.	Uffias	26	171
3140	I	f. Afarias.	27	172
3141	2		28	173
3142	3		29	174
3143	4		30	175
3144	5		31	176

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccatorum Israel.

3145	6	32	177
3146	7	33	178
3147	8	34	179
3148	9	35	180
3149	10	36	181
3150	11	37	182
3151	12	38	183
3152	13	39	184
3153	14	40	185
3154	15	41	186
3155	16	1	187
3156	17	2	188
3157	18	3	189
3158	19	4	190
3159	20	5	191
3160	21	6	192
3161	22	7	193
3162	23	8	194
3163	24	9	195
3164	25	10	196
3165	26	11	197
3166	27	12	198
3167	28	13	199
3168	29	14	200
3169	30	15	201

Interregnum in regno Isr. 23. annoru.

F s

Anni

		<i>Anni</i>			
		Regum.			
<i>Mundi,</i>	<i>Juda,</i>	<i>Israel, peccatorum Israel.</i>		<i>Olymp.</i>	
3170	31	16		202	
3171	32	17		203	
3172	33	18		204	
3173	34	19		205	
		20			1. Olymp.
3174	35	21		206	1
3175	36	22		207	2
3176	37			208	3
3177	38	23	Zachari-	209	4
			as. 6.		2. Olymp.
3178	39	1	menses	210	1
3179	40	2	Sallum	211	2
3180	41	3	uno men-	212	3
3181	42	4	se Me-	213	4
			nachem		3. Olymp.
3182	43	5	10. an	214	1
3183	44	6	annis.	215	2
3184	45	7		216	3
3185	46	8		217	4
					4. Olymp.
3186	47	9		218	1
3187	48	10		219	2
3188	49		Pekaja.	220	3
3189	50	1		221	4
		2			5. Olymp.

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccat. Isr. Olymp. Urbis Nabonaf.

3190	51	Pekah.	222	1		
3191	52	1	223	2		
3192	Jothā	2	224	3		
3193	2	3	225	4		
				6.	Olym.	
3194	3	4	226	1		
3195	4	5	227	2		
3196	5	6	228	3		
3197	6	7	229	4		
				7.	Olym.	
3198	7	8	230	1		
3199	8	9	231	2		
3200	9	10	232	3		
3201	10	11	233	4		
				8.	Olym.	
3202	11	12	234	1		
3203	12	13	235	2		
3204	13	14	236	3		
3205	14	15	237	4		
				9.	Olym.	
3206	15	16	238	1		
	Achas.					
3207	16	17	239	2		
3208	2	18	240	3		
3209	3	19	241	4		

Anni Urbis.

Anni Nabonassar.

Anni

Anni

Regum

Mundi, Juda, Israel, peccat. Isr. Olymp. Urbis Nabonaf.

		Hosea		10. Olym.	
3210	4	20	1 242	1	14
3211	5		2 243	2	15
3212	6	Aliud Hosea in iud.	3 244	3	16
3213	7		4 245	4	17
3214	8		5 246	1	18
3215	9		6 247	7	19
3216	10		7 248	3	20
3217	11		8 249	4	21
				12. Olym.	
3218	12	1	9 250	1	17
3219	13	2	10 251	2	18
3220	14	3	11 252	3	19
3221	15	4	12 253	4	20
				13. Olym.	
3222	2	16	5 13 254	1	26
3223	3		6 14 255	2	27
3224	4		7 15 256	3	28
3225	5		8 16 257	4	29
				14. Olym.	
3226	6		9 17 258	1	30
3227	7		18 259	2	31
3228	8	Regnū	260	3	26
3229	9	Sama-	261	4	27
			riae Israeliticum finitur.		

Anni

Anni

Mundi, Regum Juda; peccat. Isr. Olymp. Urb. Nabonal.

			15. Olym.		
3230	10	262	1	34	28
3231	11	263	2	35	29
3232	12	264	3	36	30
3233	13	265	4	37	31
			16. Olym.		
3234	14	266	1	38	32
3235	15	267	2	39	33
3236	16	268	3	40	34
3237	17	269	4	41	35
			17. Olym.		
3238	18	270	1	42	36
3239	19	271	2	43	37
3240	20	272	3	44	38
3241	21	273	4	45	39
			18. Olym.		
3242	22	274	1	46	40
3243	23	275	2	47	41
3244	24	276	3	48	42
3245	25	277	4	49	43
			19. Olym.		
3246	26	278	1	50	44
3247	27	279	2	51	45
3248	28	280	3	52	46

Anni

Anni

Mundi, Reg. Juda, peccat. Isr. Olymp. Urb. Nabonaso

3249	29	281	4	53	47
	Manaf-		20. Olym.		
3250	1	282	1	54	48
3251	2	283	2	55	49
3252	3	284	3	56	50
3253	4	285	4	57	51
			21. Olym.		
3254	5	286	1.	58	52
3255	6	287	2	59	53
3256	7	288	3	60	54
3257	8	289	4	61	55
			22. Olym.		
3258	9	290	1	62	56
3259	10	291	2	63	57
3260	11	292	3	64	58
3261	12	293	4	65	59
			23. Olym.		
3262	13	294	1	66	60
3263	14	295	2	67	61
3264	15	296	3	68	62
3265	16	297	4	69	63
			24. Olym.		
3266	17	298	1	70	64
3267	18	299	2	71	65

Anni

Mundi, Reg. Juda, peccat. Isr. Olymp. Urb. Nabonaf.

3268	19	300	3	72	66
3269	20	301	4	73	67
			25. Olym.		
3270	21	302	1	74	68
3271	22	303	2	75	69
3272	23	304	3	76	70
3273	24	305	4	77	71
			26. Olym.		
3274	25	306	1	78	72
3275	26	307	2	79	73
3276	27	308	3	80	74
3277	28	309	4	81	75
			27. Olym.		
3278	29	310	1	82	76
3279	30	311	2	83	77
3280	31	312	3	84	78
3281	32	313	4	85	79
			28. Olym.		
3282	33	314	1	86	80
3283	34	315	2	87	81
3284	35	316	3	88	82
3285	36	317	4	89	83
			29. Olym.		
3286	37	318	1	90	84

Anni

Anni
Mundi, Reg. Juda, peccat. Isr. Olymp. Urb. Nabonass

3287	38	319	2	91	85
3288	39	320	3	92	86
3289	40	321	4	93	87
			30. Olym.		
3290	41	322	1	94	88
3291	42	323	2	95	89
3292	43	324	3	96	90
3293	44	325	4	97	91
			31. Olym.		
3294	45	326	1	98	92
3295	46	327	2	99	93
3296	47	328	3	100	94
3297	48	329	4	101	95
			32. Olym.		
3298	49	330	1	102	96
3299	50	331	2	103	97
3300	51	332	3	104	98
3301	52	333	4	105	99
			33. Olym.		
3302	53	334	1	106	100
3303	54	335	2	107	101
3304	55	336	3	108	102
	Ammō.				
3305	1	337	4	109	103
			34. Olym.		

Anni

Anni

Mundi, Reg. Juda, pec. Isr. Olym. Urb. Nabon. pecc. Jud.

3306	2	338	1	110	104
	Jofias.				
3307	1	339	2	111	105
3308	2	340	3	112	106
3309	3	341	4	113	107
			35. Olym.		
3310	4	342	1	114	108
3311	5	343	2	115	109
3312	6	344	3	116	110
3313	7	345	4	117	111
			36. Olym.		
3314	8	346	1	118	112
3315	9	347	2	119	113
3316	10	348	3	120	114
3317	11	349	4	121	115
			37. Olym.		
3318	12	350	1	122	116
3319	13	351	2	123	117
3320	14	352	3	124	118
3321	15	353	4	125	119
			38. Olym.		
3322	16	354	1	126	120
3323	17	355	2	127	121
3324	18	356	3	128	122
3325	19	357	4	129	123

Anni peccatorum Juda.

1
2
3
4
5
6

G

Anni

Anni

Mundi, Reg. Juda, pec. Isr. Olym. Urb. Nabon. pecc. Juds

		39. Olym.			
3326	20	358	1	130	124 7
3327	21	359	2	131	125 8
3328	22	360	3	132	126 9
3329	23	361	4	133	127 10
		40. Olym.			
3330	24	362	1	134	128 11
3331	25	363	2	135	129 12
3332	26	364	3	136	130 13
3333	27	365	4	137	131 14
		41. Olym.			
3334	28	366	1	138	132 15
3335	29	367	2	139	133 16
3336	30 Joa-	368	3	140	134 17
3337	31 has 3. mens.	369	4	141	135 18
		42. Olym.			
3338	1 Joja-	370	1	142	136 19
3339	2 kim.	371	2	143	137 20
3340	3	372	3	144	138 21
3341	4	373	4	145	139 22
		43. Olym.			
3342	5	374	1	146	140 23
3343	6	375	2	147	141 24
3344	7	376	3	148	142 25
3345	8	377	4	149	143 26

Anni

Anni

Mundi, Reg. Juda, pec. Isr. Olym. Urb. Nabon. pec. Jud.

		44. Olym.					
3346	9	378	1	150	144	27	
3347	10 Je-	379	2	151	145	28	
3348	11 cho- nia 3. mens.	380	3	152	146	29	
3349	1 Zede- kia.	381	4	153	147	30	
		45. Olym.					
3350	2	382	1	154	148	31	
3351	3	383	2	155	149	32	
3352	4	384	3	156	150	33	
3353	5	385	4	157	151	34	
		46. Olym					
3354	6	386	1	158	152	35	
3355	7	387	2	159	153	36	
3356	7	388	3	160	154	37	
3357	8	389	4	47. O. lymp.	155	38	
3358	9	390	1	162	156	39	
3359	10		2	163	157	40	
3360	11		3	164	158		

CAPUT XVII.

De Prophetis majoribus.

SEquitur tertia pars Codicis Hebræi, qua titulum habet ejusmodi: נְבִיאִים אַחֲרֵינִים. Prophetæ posteriores, אַחֲרֵינִים Prophetæ & אַחֲרֵינִים posterior. Posteriores autem hi Prophetæ dicuntur ratione temporis, quod hi illis successerint, quavis Esaias tempore priorum Prophetarum, quo Hiskias regnavit, vixerit. Sed voluerunt Doctores Hebræi in hanc sectionem compingere omnium Prophetarum scripta didactica, ab historicis libris nonnihil separata. Sunt autem Prophetæ omnes Hebræis alii majores: alii minores: divisione facta non ab auctoritate, genere dicendi, vel præstantia, quippe in his omnes Prophetæ fuerunt æquales, quia ab eodem Deo omnes vocati ad hoc officium, eodem spiritu Prophetiæ ditati. Sed majores vel minores vocantur à quantitate voluminum, vel librorum, quorum hi breviora: illi copiosiora & pleniora scripta post se reliquerunt. Majores numerantur tres: Jesaias, Jeremias

Enias & Ezechiel, Daniele huic numero per magnam injuriam exempto, qui merito debebat majoribus annumerari, & locum ratione temporis post Ezechielem obtinere. Majorum ergo Prophetarum primus est Esaias.

DE ESAIA.

Esaias latinè corruptiùs, Hebr. plenius dicitur ישעיהו salus Domini aut Dominicæ salutis Doctor, nomine composito ex ישו salus, & nomine Jehova vel Jah, quòd præ cæteris plenus sit consolationum, & piis gnomis refertissimus. Propheta est magnæ autoritatis, qui citatur in sacris, 2. Paral. 32, 32. diciturq; historiam Regis Hiskiaë scripsisse. Videtur uxoratus fuisse, quia cum filio Regi Achab jubetur occurrere Esa. 7, v. 3. Fuit hic Propheta filius Amos, quem fratrem Amasia fuisse aliqui suspicantur, sic non solum ex tribu Juda; sed etiam ex regia stirpe fuisset. Unde Messia se carmen condere ait, quem אבנא דלעמא דלעמא patrualem dilectum vocat, Esa. 5. Nisi voce אבנא in genere Deum sibi carissimum denotare voluerit. Functus hic est Prophetico munere sub 5. Judæ regibus, Uzia, Jotham, Achaz

Achaz, Hiskia & Manasse: cumq; quatuor priorum regum tempus extendatur ad 113. annos ideo consentaneum est, hunc Prophetam centum vel ad minimum 80. annos docuisse, vel etiam plures. Cumque hisce regibus Judæ, *συνάραχοι* fuerint Jeroboam, Zacharias, Sallum, Menachem, Pekaja, Peka & Hofea reges Israelis: ideo horum omnium impietatem expertus (quamvis Hierosolymitano regno Doctor fuerit destinatus) vidit regum Israelis interitum, spectavit sub Hofea regni Israelitici non solum interitum, sed etiam 10. tribuum in captiv. per Salmanassarem in Assyriam abductionem. Constat hujus Prophetia capitibus 66. quæ in tres partes divisa ostendunt Prophetam populum suum in prima parte docere: in secunda Monarchia Senacheribum Jerusalem obsidere: in tertia autem parte captivitatem Babyloniam tractare, subinde magnis consolationibus & vaticiniis de Christo insertis. Sex capitum priorum conciones sub Uzia habuit Esa. 6, 1. Cæterorum capitum doctrina usque ad cap. 33. sub Achaz, à cap. 36. usq; ad finem libri conciones habitæ fuerant, sub Hiskia, qui c. 37. ad Esaiam

mit-

mittit legatum Eliakim aulae suae magistrum & Sebnam cancellarium cum senioribus sacerdotum. Factus erat Hiskias tributarius Senacheribo 2. Reg. 18, 14. à quo cum defecisset Hiskias, Senacheribingentem exercitum mittit contra Jerusalem, quem Esaias vidit oculis suis per angelum Domini occisum, quod fuit miraculum omnium maximum, in re bellica. Cæsa sunt centum octuaginta quinque millia militum in exercitu Senacheribi, Senacheribo fugâ sibi consulente, & fugiente in Niniven, ubi cum adoraret in templo Nisroch Dei sui, à filiis suis Adrimelech & Saresar confoditur. Regnat post Senacheribum Esarhaddon, Esa. 37, 38. Adfuit Esaias Hiskiae peste decumbenti, quam emplasmate ficuum sanavit, vitæq; ejus annos 15. addendos promisit. Defuncto Hiskia, tempora Manasses attingit, à quo ferrâ dissectus dicitur, ut Hebraei magno consensu tradunt, suffragate Lyra in c. 21. secundi Regum. Et Luth. in præfa. in Esa. Quod Esaias habitus fuerit Manassi pro seductore & hæretico, qui regis Idololatriam intrepidè dānavit, fuit omnium Prophetarum eloquentissimus, quod ex Prophetia illius apparet, plura de Christo

prædixit, quàm alii, & quidem tam perspicuè, ut Evangelistam, non proph. egisse videatur, qui passionem Christi adeò graphicè descripsit, ut ejus spectator, non tantum pronunciator fuisse credatur. Quod supra admonitum fuit, id nunc ferè circa singulorum Prophetarum nomina considerandum venit: nomina ipsorum ut plurimum composita esse ex Dei nomine, in initio, vel fine dictionis, ad expressam aliquam actionem, vel qualitatem officii sui notandam, ut & mente, & omnibus suis conatibus in Dei familiam transivisse credantur. Deinde notetur & hoc: Nomina propria Prophetarum aut aliorum virorum, fœminarumque in Græca vel Latina versione multùm discrepare à scriptione nominum propriorum, in sermone Hebræo. Facta autem est illa corruptio propter faciliorem pronunciationem istorum nominum in aliis linguis, quam pronunciationem Hebræi sermonis suâ proprietate assequi non possunt.

DE JEREMIA.

Hebraicè יְרֵמְיָהוּ à celsitudine vel altitudine Jehovæ dictus. Nam יְרֵמְיָהוּ al-

altum, at $\overline{\text{I}}$ Deum significant, quòd
magnalia Dei animo magno, forti atque
obfirmato docuit, suasq; persecutiones
in officio suo animo æquissimo sustinuit.
Patrem habuit Hilkiam sacerdotem, vi-
rum religiosum, ideò fuit Jerem. ex tri-
bu Levi ortus. Nam sub Manasse & Am-
mon pater ejus librum legis perditum in-
venit in templo, & per Sapham pio Josiæ
legendum tradidit, 2. Reg. 22, 8. Vixit
Jeremias sub 5. Iudæ regibus post abdu-
ctas 10. Israelis tribus, nempe sub Josia,
Jehoachaz, Jehojakin, Jehojachin &
Zedekia, ad totalem usque regni Judæe
eversioem, ultra 100. annos post Esaiam.
Sicut autem Esaias vidit regni Samariæ
eversioem: ita Jeremias intuitus est re-
gni Ierosolymitani & templi destructio-
nem. Fuit in officio hoc docendi ultra
annos 40. Nam anno Josiæ 13. à Deo
vocatur ad munus Prophetandi, Ier. 1, 2.
Continuavit hoc munus ad ultimum usq;
annum Zedekia. Sub Josia functus est
munere annis 18. tribus autem mensibus
sub impio Jehoachaz, annis 11. sub impio
Jehojakin: tribus mensibus sub impio
Jehojachin seu Jechonia: annis 5. 11. sub
Zedekia. Si hisce annis addantur illi,
G 5 qui-

quibus concionatus est in Judæa relictis colonis, apparebit, eum concionatum fuisse per 77. annos. Textus apud Prophetam ordine nonnihil confuso collecti sunt. Nam ea, quæ gesta sunt iub Josia, sæpe illis, quæ sub Zedekia acciderunt, postponuntur, ut c. 24, 3. & c. 21, 1. Sic historia Gedaliae c. 41. præponitur historiae capti atq; excæcati Zedekia c. 52. Etsi v. historica confusius tractantur, tamen à c. 1. usq; ad 20. conciones sub Josia habitæ, ordine recensentur. Disceptavit sub hoc rege cum sacerdotibus, successioni ordinariæ, & loco supra modum tribuentibus: & c. 7. templum Domini, templum Domini, clamantibus. Contra Astrologos, qui ex constellationibus cæli populum terrebant, docuit c. 10. sacerdotes illi perniciem meditabantur, c. 18, 18. Regi Jehojakim prædicit 70. annorum captivitatem c. 25. Difficilimam muneris functionem habuit sub Zedekia. Nam tempore illius ter legitur incarceratus, 1. à Paschur sacerdote præfecto Domus Jehovæ c. 20, 2. à quo percussus quoq; fuit, 2. à Zedekia, quia dixerat civitatem tradendam in manus Regis Babel, imò in ipsa urbis obsidione carcere detinebatur

c

c. 32, 2. 3. c. 37, 15. cū veluti transfuga ad Chaldaeos accusatur. Multum negotii fuit Jeremiæ cum Zedekia rege, cui quædammodum & aliis multis regibus vincula mittit c. 27, 2. in signum certum futuræ captivitatis. Mittit regi librum per suum amanuensem Baruch, in quo Rex lectis quatuor pagellis, cultro illum conscidit, & in ignem conjecit c. 36, 23. Disceptat cum Hanania Propheta mendace, qui inani solatio populum contra Babyloniorum adventum tutum reddere conabatur. c. 28. Zedekia v. occiso Nebucadn. mandavit, ut liberum esset Propheta ire ad captivos in Babylonem vel manere cum reliquiis in Judæa: posterius a. Propheta maluit c. 39, 11. Nam à duce exercitus Babylonici Nebusaradam donatur viatico, & liberatur ex carcere c. 40. Adjunxit se Gedaliæ, cum quo in terra Juda habitavit c. 40, 6. Cum sochanan a. reliquias populi ad apostasiam concitaret, ut relicta Judæa in Ægyptum irent. Jeremias dissuasit quidem c. 42. sed tamen furioso Azariæ impetu ipse Jeremias cum Baruch scriba in Ægyptum abripitur, ubi idololatriam populi arguens, teste Hieronymo, lapidibus dicitur obrutus. Prophetia ejus absolvitur c. 52. De

DE EZECHIELE.

Hebraicè significantius & plenius scribitur יהוֹקֵן ac si dicas: fortitudo Dei à יִקֵן robur, אֱלֹהִים Deus. Filius fuit sacerdotis Buzi. Cùm enim Jeremias suaderet deditiōem c. 21. jam facta rebellione à Judæis, à Babylonio capitur Urbs anno 3. Jehojakim Dan. 1, 1. Et multi in Babylonem abducuntur. Ideo vel hoc tempore ipse Ezechiel eo fuit translatus: vel sub Jechonia, qui aliàs Jehojachin, cujus tempore flos populi Judaici abducebatur. Cùm v. Ezech. abduceretur, nondum fuit ad munus Propheticum vocatus. 5. n. anno capti Jehojachin primum fit Propheta. Ezech. 1, v. 3. Exegit vitæ terminum in captivitate Babylonica, ideo suas conciones dinumerat per annos captivitatis Jehojachin. Nam anno 5. Jehojachin capt. declaratur Propheta à Deo c. 1, 3. Anno autem 10. cap. prophetabat contra Pharaonem c. 29, 1. Anno 11. sui capti regis prædicit Tyro excidium, c. 26, 1. & iterum Pharaoni cap. 21, 1. Anno 12. plangit Pharaonem c. 42, 1. sed anno 25. capt. ostendit restaurationem civitatis Jerusalem & tem-

templi, quo populum captivum suæ gen-
tis, efficacissimè consolatur: ideo per o-
mnes suas conciones agit, vel de interitu
Rerump. vel restauratione Jerusalem.
De interitu quidem tam regni Judæ, (in
quo regem Zedekiam abducendum præ-
dicat, & regni Samariæ totalem everfio-
nem, quod nominibus Aholiba & Ahola
figuravit, & morte Uxoris Ezechielis cō-
firmatur cap. 25.) quàm everfionem alio-
rum vicinorum regnorum in pœnam,
Tyri, Moabitarum & Ægypti: Hanc par-
tem tractat usque ad 40. cap. Inde ad fi-
nem agit de reparatione Urbis & templi
Ierosolymitani, quam singulis dimensio-
nibus Urbis & templi dimetitur. Para-
bolis & Ænigmatibus hic Propheta cū-
primis gaudet; quibus suas conciones
proponit, ideò pauciores historiæ cir-
cumstantias tractat; quo nomine illius
conciones nobis obscuriores adparent:
Absolvitur totus liber 48. capitibus.

CAPUT XVIII.

De Prophetis minoribus.

Memoranda

MEmbrum alterum hujus sectionis
 tertiæ agit de Prophetis minoribus.
 Vocarunt autem Hebræi Prophetas mi-
 nores à quantitate seu à paucitate pagel-
 larum, quibus illi continentur. Concio-
 nes enim illorum pauciores extant pau-
 cis comprehensæ pagellis, quàm ut inte-
 gros libros constituere queant. Hos He-
 bræi Doctores uno titulo comprehendunt,
 & vocant תריסר voce Chaldaica ex du-
 abus composita. Nam Chaldaicis תרי
 idem significat quod שנים duo & תרי
 æquivalet Hebræo שני duo. Pars altera
 vocis עטר Chaldaicæ respōdet voci He-
 brææ עטר decem, in voce Chaldaica ט
 in ד commutato, quod Chaldæi ט per
 punctum sinistrum non agnoscant, sed
 pro eo simpliciter ד ponant. Sic autem
 hi Prophetæ minores nominabantur jam
 antiquitus, ideo Ecclesiast. 49, 2. votiva
 oratio memoriam illorum faustam esse
 jubet, quod singuli illi Prophetæ Israe-
 lem fuerint consolati.

Horum primus est HOSEA, Heb. הושע
 salvator à הושע, natus est patre Beera, qui
 cujusmodi fuerit, scriptura non habet.
 Tempus quo officio functus & conciones
 suas habuit in titulo assignavit per reges
 nominatos in utroq; regno Jud. Reges
 Ju

Caput XVIII. III

Judæ numerat 4. Uziam, Jotham, Achaz, Hiskiam, cumq; hi regnarint annos 113. Unde si initium ab Hosea factum dicatur concionum à medio tempore Uzix & Hiskix ad minimum tribus annis assumptis, colligitur, docuisse 70. annis Israelis regem nominat Jeroboam secundum, filium Joas, quo nominato & annis vitæ ejus ad Hiskiam extensis, sequitur Hoseam docuisse sub Hiskia, sed Israelis regibus: Jeroboam, Zacharia, Sallum, Menachem, Pekaja, Peka & Hosea, omniumq; istorum, non solum impietatem, sed etiam 10. tribuum Israelis abductionem vidisse. Historia regum tam Judæ, quam Israelis collata, & rebus in gubernatione eorum expensis videre est, in quæ tempora Hoseas incidere, & quæ vitia in Politia & Ecclesia Prophetæ taxanda fuerint. Unde Prophetiæ ejus rectius intelligentur. Invehitur maximè in vitia Ephraim, quod regnum fuit Samariæ, in quo multa Idololatria exercebatur, ob quam in Assyriam captivos abducendos incolas prædicit cap. 7, 1. & c. 14, 1. Ideo propriis oculis intuitus est abductionem 10. tribuum in regno Samariæ. Illud admiratione dignum in hoc Propheta, quod

quod alioquin castissimus & pientissimus vir jubetur scortum ducere in Uxorem c. i. 2. Ubi quæsitum fuit à multis, an face- re id jussus sit dormitans in somno seu in visione tantum? an revera fœminam, al- liquam prostitutæ pudicitiaë in uxorem, duxerit, sciens, deliberans, ac vigilans? priorem sententiam Hebræi Doctores & multi ex Christianis sequuntur, quasi, non verè vigilando id fecerit; sed alle- goricè in somno id sibi facere visus sit. Nonnulli arbitrantur Prophetam revera & politicè duxisse scortum. Lutherus ibidem utramque sententiam rectè im- probat, & docet Prophetam honesti viri Gomer filiam duxisse uxorem, ac ex ea honestos liberos procreasse, postea verò jussu Dei, uxorem legitimam ante hone- stè ductā, & liberos ex legitimo thoro na- tos, coram populo scortum & spurios ad significandum Israelis divortium à Deo, vocasse. Dicuntur enim ipsi liberi ex uxore ducta procreati spurii esse, qui spu- rii esse nulla ratione potuerunt, quia ex legitimo matrimonio nati fuerunt. Quā proinde ob causam Hoseæ liberi spurii dicuntur: ea de causā Uxor quoq; illius scortum vocatur. Sed illi *σηματικῶς* *ἔστιν*

non $\chi\tau$ γενεσιν sunt spurii : ideo tantum
σηματικῶς uxor Hoseæ est scortum , ut
μυσικῶς notaretur populi apostasia ,
quemadmodum nomina liberorum ex
hoc conjugio susceptorum idem com-
probant. Prophetia Hoseæ constat capiti-
bus 14.

JOEL secundus , Hebraicè יְחֵזְקִיָּאל
incipiens seu inceptor. Pater hujus vo-
catur Pethuel c. 1, i. qui cujus conditio-
nis fuerit , ignoratur. Tempus , quo do-
euerit , quamvis non annotaverit , ex con-
cionibus tamen ejus apparet , eum ante
primam Jerusalem vastationem vixisse :
quia c. 2. adventum hostis Aquilonaris
(Babylonii) prædicit , quem Assyrium fu-
isse constat , qui ex Aquilone in Judæam
irrupturus erat. Propheta est egregius &
magnæ auctoritatis , à quo Petrus exor-
diri N. T. conciones voluit , in Actis A-
postolicis , & ex quo Apostolus Paulus ar-
ticulum justificationis extruxerit. Com-
minatur annonæ caritatem hostis , ac Do-
ctoribus justitiæ adventum , & gentium
judicium in valle Josaphat prædicit. Ca-
pita habet secundum Hebr. 4. at secun-
dum Latin. 3.

AMOS tertius est minorum Prophe-

H

tarum:

tarum. Heb. וְיִמְּוֹ ab וְיִמְּוֹ onerando, seu gravando nomen habet, forsan nomine hoc facto à vehementioribus concionibus, quod singularem præ aliorum Prophetarum concionibus habeant acriminiam. Genus vitæ in Juventute sectatus est pastoritium; fuit enim pecuarius seu armentarius inter pastores וְיִמְּוֹ ex Thecoa. Thecoa autem pagus fuit sesquimillari distans à Jerusalem, pagus in tribu Benjamin ignobilis quidem; sed ob insignia pascua & rem pastoritium satis celebris, ad quem plurimi pastoritiam confluebant. Amos igitur est Thecoites c. 1, 1. & c. 7, 14. qui à pecoribus ad munus prophetandi vocatur. Duos nominat reges, quorum tempore docuit, Uziam & Jeroboam 2. quorum ille 52. hic in Isr. 41. annos imperavit. Sub his regibus concionatus fuit annis 40. ante 10. tribuum ex Samaria in Assyriam abductionem. Cæpit concionari 2. annis ante illum horribilem terræmotum in Judæa, Amos 1, 1. qui cum diutius duraret, fugerunt habitatores terræ, Zach. 14, 5. Peculiariter mittitur in Samariam, ut regnum Israel ad pœnitentiam reduceret, qui etiam ob acres conciones jussu Jeroboam

boam per Amasiam sacerdotem in Bethel, relegatur ex regno Israelis & in Judæam pellitur. Creditur à veterib. fuisse fullonis ab Amasia sacerdote occisus esse, Am. 7, 13. Cap. sunt 9.

OBADIAS ex minoribus Prophetis 4. Heb. עֲבַדְיָה ab עֲבָד servus, vel opus, jahDeus, q. d. servus Dei aut singulare opus Dei. Videtur enim nomen accepisse ab officio, quod fuerit industrius Dei minister. Quo vero patre natus & sub quibus Reg. docuerit, non annotavit. Ex filo autem hujus prophetiæ apparet, quod tum prophetaverit, cum populus Judæus abduceretur in captivitatem regni Judæ. Tum enim Edomitæ, contra quos hæc prophetia est directæ, in bivio stantes vinculis fratribus Judæis illudebant, & unâ cum hostibus domos Jerusalem ingressi sorte eas & bona reliqua inter se dividebant. Prophetia caput habet unum.

JONAS quintus est, Heb. יוֹנָתַן Colūba, à mansuetudine & facilitate morum sic videtur dictus. Filius fuit Amithai, vel Prophetæ Amethai, vel alius cujuspiam celeberrimi Viri. Sub quibus autem regibus vixerit, ipse quidem non annotavit. Historia tamen regum lib. 2, c. 14. 25. narrat Jonam fuisse de

Jath-Hajepher civitate in tribu Zabulon: ideo Judæum esse se in sua Prophetia apertè inquit. Quòd verò prædixerit sub Jeroboam secundo terminos terræ Israelis, per Hazael regem Assyriæ sub Jehoachaz Israelis rege; ex eo colligunt nonnulli, quòd vixerit sub Jeroboam, rege Israelis Scalig. firmissimè colligit, Joanam vixisse sub Joas rege f. 68. ad Euf. Ejus verò Prophetia de restituendo termino Israelis tempore Jeroboami 2. contemporanei Amasiæ fuisse adimpleram. Fundus igitur est officio Jonas Prophetæ, ut verè colligitur, sub Joa; postea missus extra Judæam in Babylonis tractum Niniven, ubi sedes erat Monarcharum Assyriacorum; ut regi Assyriæ (qui ut ex Chronologia probatissima constat) tum suis Sardanapalus ultimus Assyriorum. Rex, postquam Assyriæ regnum stetit 1360. annos. Anno 61. à diluvio ad initium Assur computato Scalig. de Emend. temp. f. 39. Sardanapalo autem regnum eripuit Arbaces Medus & transtulit illud ad Medos, qui regnarunt 240. annis) & subditis ejus interitum annunciavit, nisi acta pœnitentia ad Deum redirent. Jonas initio persuaderi non poterat, ut ad
 gens

gentes in Septent. in Niniven iret, sitam
versus ortum; sed fugit ad occasum in
Tharsum Græciæ, ne inter Judæorum
hostes doceret, sed mirabili Dei animad-
versione retractus extruditur ad Ninivi-
tas. Nam deglutitus à Balæna cum fuge-
ret, post triduum vectus per 250. millia-
ria in Hellesponto Euxini maris in littus
expuitur, teste Josepho lib. 9. Antiq. c. 18.
Inde ultra 300. milliaria remeare cogitur
per totam minorem Asiam, usque in ma-
jorem, ubi Ninive sita erat. Ninive verò
ferè 170. milliaria distabat à Jerusalem.
Videatur Dresserus in Millen. 4. f. 247.
Niniven conversa ad Deum concionibus
Jonæ postin peccata relapsa à Ziaxare
Medorum rege fuit deleta, tempore Ni-
tocridis uxoris Nebucadnezaris, ut So-
phonias tempore Josiæ minatus fuerat
c. 2, 13.

Sextus Prophet. minor. est MICHE-
AS, Hebraicè מִיכָאֵל à מִיכָה & אֵל humili-
tus, ab insigni & miranda humilitate di-
ctus. Vocatus est Morastites à patria Ma-
ressa, oppido in tribu Juda. Quibus pa-
rentibus natus sit, memoriæ non prodi-
dit. Functus autem Prophetico officio est
sub tribus Judæ regibus, Jotham, Achaz

& Hiskia fatis longo tempore ferè per 50. annos. (Nam Jotham 16. Achaz totidem, Hiskia, 29. regnavit annos) Vidit impietatem illorum regum Israel: Jotham, Achab, Peka, Pekaja & Hoseæ, decem quoque tribuum abductionem oculis suis conspexit. Prophetatus contra Samariam & Jerusalem simul. Excidium Jerus. prædixit c. 3, 2. Sion ut ager arabitur & Jerusalem in acervum erit. Mons quoque Domini in excelsas erit sylvas. Ob quam Prophetiam sub Hiskia non fuit damnatus (Er war ein frommer Herr) sed ob eam accusatur Jeremias c. 26, 18. & ducitur in judicium, sed absolvitur. Quod olim alii Prophetæ id vaticinati sunt, qui totalem vastationem Jerusalem prædixerant, quam fore instar Silo, quæ funditus erat deleta. Habet hæc Prophetia cap. 7.

Septimus est NAHUM נְחֻם Concionator vel pœnitentiæ Doctor. Utrumque enim נְחֻם Hebræis significat: consolari & pœnitere. Annum quo docuit, & sub quibus regibus vixerit, hic Prophetæ non assignavit. Ex Prophetia autem quam direxit adversus Niniven, quam delendam exemplo urbis No sive Memphis

aut

aut Alexandria in Ægypto antiquæ prædixit. Apparet Prophetam hunc concionatum fuisse post abductas 10. tribus Israelis paulò ante regni Judæ captivitatem. Ideò titulum suis concionibus huc præfixit: Prophetia Ninive. Voluit enim Judæos abducendos interitu & ruina Ninives consolari c. 2, 8. & c. 3, 7.

HABACUC Octavus Hebr. **חֲבַצְלֵל** amplexator seu concionator consolatorius **עֵינֵי הַרְשֵׁר / הַבֶּסֶר** seu tenacissimus observator verbi divini à **חֲבַצְלֵל** amplexari, in finem recipere, tertia radicali repetita. Hinc neq; parentes, quibus natus, neque reges, sub quibus docuit, consignavit. Fabulosè in fragmentis Habacuc hic Propheta Danieli in fovea latitanti cibum attulisse narratur. Propheta enim Habacuc fermè 100. annis ante captivitatem in Judæa vixisse, ex eo colligitur, quod adventum Babyloniorum hostium ante prædicat. c. 1, 6. Illorumque immanitatem describat populum Domini in spem liberationis erigens. Capita hujus prophetiæ sunt 3.

SOPHONIAS Nonus Proph. minor. Hebr. **סְפַנְיָא** secretarius Domini à **סָפַן** & **סָפַן** occultavit aut studiosè verba

Domini asservavit. Propheta hic & patrem, quo natus, & tempus, quo docuit, ipsemet annotavit. Natus est patre Chusi, viro suo tempore satis celebrato, de quo tamen non constat utrum ordinis Levitici fuerit. Prophetavit verò tempore Josiæ Regis Judæ, post abductas 10. tribus Israelis, paulò ante Judæ captivitatem. Josia enim 31. annum, Jehojakim 3. menses, Jechonias annos 11. Zedekias similiter 11. regnavit, unde vix 40. annos ante captivitatem docuit, vel munus ejus docendi ferè ad captivitatem usq; Judæ fuit extensum. Tempus enim ab initio Josiæ ad finalem destructionem non multum excedit annos 53. Minatur autem Judæ, propter cultum idololatricum, exilium: postea prædicit interitum Ninivæ in vindictam à Deo immittendam rapaci urbi, c. 2, 8. Prophetia capita habet 3.

HAGGÆUS decimus minorum Prophetarum Heb חגג festivus, aut festum celebrans à חג festum, cum Jod in fine nominum priorum formativo, forsan ex eo ita dictus, quod templi Hierosolymitani ædificationem post cap. maximè urserit cum Zacharia. Prophetare cœpit anno 2. Darii Nothi Persici Imperatoris

100, annis post solutam captivitatem usque ad annum 2. Darii Nothi intercedunt anni 107. Non est hic Darius Babylonici regni, quod sub Belsazer omnino desuit, Dan. 5. sed est Darius Imperator Persicus: monarchia enim translata erat ad Persas, cum in Persia post Cyrum Cambyses, Schmerdis, Darius Histaspis, Xerxes, Artaxerxes Longimanus, Darius Nothus, Artaxerxes Memor, Achos, Arses, Darius, denique Codomannus ragnaverunt. Propheta igitur hic tempore Darii Nothi post solutam capt. 107. annis prophetavit: tot enim sunt ab initio Cyri regni Babylonici (nam in Persia jam 29. annos regnaverat, priusquam caperet Babylonem) usque ad Darii Nothi (107. anni, a quo ad Darium Codomannum victum ab Alex. Magno ad Gangammela sunt anni 93. Scaliger de Emend. temp. f. 558.) Docet Haggæus gloriam posterioris templi, in quo apparituum est desiderium gentium, fore longè majorem, quàm gloria fuit prioris templi. Prius templum splendore structuræ excellebat: at posterius structurâ est vilius, adventu autem Messia est splendidius. Ideo non pauci seniores, qui priorem structuram ante

H 2

captiv.

captiv. viderant, conspecta nova forma templi acerbè fleverunt Esdr. 3, 12. Intercedunt autem à casu Zedekiaë, sub quo primum templum fuit exustum ad secundum annum Darii Nothi 176. anni, quo intervallo omnes captivos mortuos esse nec quenquam ex reducibus priorem templi structuram vidisse quidam arbitrantur; sed contrarium est, Hagg. 2, 4. quis ex vobis est, &c. quod clariùs narratur, Esdr. 3, 12. complurimi sacerdotum Levitarum, principum & seniorum populi, jactis novi templi fundamentis flevisse dicuntur, qui viderant priorem domum. Capita prophetiæ duo sunt.

ZACHARIAS undecimus est Hebr. זַכַּרְיָהוּ memoria Domini à זָכַר & יָהוּ. Propheta hic & parentem & tempus, quo docuit, annotavit. Natus fuit patre Berechiah Zach. 1, 1. sed Esdr. 5, 1. dicitur filius fuisse Iddo patre binomine existente, vel avo ejus pro patre nominato. Tempus quo docuit, fuit annus secundus Darii Nothi, post solutam per Cyrum captivitatem anno 107. Unà enim cum Haggæo collega docet, & templi structuram urget. Quales autem se Judæi gesserint ad multas Prophetæ admonitiones, id Propheta

pheta

pheta indicat, cap. 7, 3. quod scapulam
aversam ostenderint Prophetæ, quod
factum est anno 4. Darii Nothi, cum jam
biennium templum ædificarent. Prophe-
tia habet capita 14.

MALACHIAS fuit ultimus mino-
rum Prophetarum Hebr. מלכיאזריאל trisyli-
labum, Nomen sortitus à מלאך nuncio,
quod fuerit vicinus nunciator, in fine
afformativum est proprii nominis. Hic
nec parentem, quo natus, nec tempus,
quo docuit, adscripsit: consensu autem
omnium fuit ultimus Prophetarum.
Quanto autem intervallo Zachariæ suc-
cesserit, exactè non habetur: Non lon-
gè verò ante Nativitatem Messiae hunc
vixisse ex eo colligitur, quod capite 3.
אנני subito, vel mox ad templum suum
venturum Dominatorem Messiam dicat.
Hieronimus suo consilio scribit ad Pau-
lam & Eustochium, Judæos arbitrari
Malachiam scribam fuisse Esdræ; sed
tempora non concordant. Nam Esdras
tempore Cyri dimittentis populum vi-
xit. Deinde 100. annis post Haggæus
& Zacharias vixerunt; post hosce de-
mum vixit Malachias, ideò scriba Esdræ
esse

esse non potuit. Communiter statuitur
200. aut 300. annis nativitatem Christi
præcessisse. A secundo autem anno Da-
rii Nothi, quo egressum est plenariè ver-
bum Dei tum per Prophetam Haggæ. &
Zachar. tum per Imperatorem Persicum
de ædificando templo & urbe Jerusalem
ad vastationem Politicæ Judaicæ sunt 490.
anni, seu 70. hebdomades à Daniele præ-
scriptæ.

Omnes minores Prophetæ dividi
possunt vel ex subjecto vel adjuncto, Ex
subjecto quidem, ubi & quo loco docue-
rint, & ad quas conciones suas direxe-
rint. Alii enim suas conciones ad gen-
tes habuerunt, ut Jonas & Nahum, ad
Niniven: Obadias ad Edomitas. Cæteri
ad populum Judaicum vel regni Samari-
tani, vel Ierosolymitani.

Deinde ab adjuncto tempore distri-
buiti Prophetæ, alii ante captivitatem
Bab. docuerunt, alii post destructum
templum & reductam captivitatem, ut
Hagg. Zach. & Malackias. De tribus
Prophetis expressè legitur, quod fuerint
uxorati, Esaias c. 7, 3. Ezech. c. 24, 15.
Hoseas c. 1, 2.

CAPUT XIX.

De quarta sectione Hebræi
codicis.

Quartum חלק membrum seu pars codicis Hebræi hanc habet inscriptionem: ספר כתובים liber scriptorum. Nam א כתב scripsit, est nomen כתוב scriptus. Vocant autem Hebræi Cethubim scripta divinitus revelata, sed non propheticè visa vel somno, vel visione, sed quæ destinata opera certo consilio aut *μεγαλέσει*, dictante spiritu domini, sunt literis cōsignata ab homine θεοπνεύστῳ. Prophetiam autem esse volunt cum hominem spiritus Dei vel dormientem invadit, vel vigilantem sensibus privat, & extra se rapit, ut in somno, aut visione audiat, aut saltem virum aliquem videat, hæc vel ista futura secum loquentem. Spiritum autem sanctum esse dicunt, cum Domini spiritus hominem vigilantem integris manentibus sensibus invadit, ut loquatur instar alius hominis, sed SPIRITU SANCTO ipsum agitante, & verba ejus linguâ dictante, ut laudes Dei decantet, ita titulum hujus partis ita plenè scri-

scri-

ספרים כתובים ברוח הקודש
 scribunt: libri scripti per Spiritum sanctum. Ad-
 dunt hic effecto Cethubim causam effi-
 cientem, qui est spiritus sanctitatis vel
 sanctus. Continentur in hac parte li-
 bri septem: Psalterium, Proverbia, Job,
 Esdras, Nehem: duo Chronicorum, vel
 quinque saltem, si Esdras & Nehem: u-
 num, si itidem Chronica unum, consti-
 tuunt librum: possunt enim non incom-
 mode ita contrahi.

DE PSALTERIO

Psalterium Hebr. תהלים laudes, di-
 vinae odæ sunt, quibus gratia Dei, vel ca-
 lamitas hominis decantatur: Sunt Psal-
 mi verè Θεοπνεύστοι à Davide Θεοπνεύστοι
 compositi: vel etiam aliis hominibus
 singulari dono Spiritus sancti præditis.
 Tehillim laudes vocantur abhalal, hinc
 est Tehillah: usu sacro vocandi erant
 Tehilloth, sed usu Doctorum dicuntur
 Tehillim, formatione masculina, quam
 sacri textus ignorant. Psalmorum librum
 complectentem 150. odas, distinxerunt
 Doctores Hebræi in quinque חלקים par-
 tes. Nam ubi incipit Psalmus כ"ב hunc
 titulum praposerunt: ספר שני liber se-
 cundus:

secundus: ita sub initium Psalmi ענ est
 hic titulus: ספר שלישי liber tertius: ad
 principium Psalmi ז est hic titulus: ספר
 רביעי quartus liber. Deniq; ad initium
 Psalmi קו sic præfigitur: ספר חמישי li-
 ber quintus. Ita totum Psalterium in 5
 sectiones distinxerunt.

DE PROVERBIIS.

Proverbia Salomonis Hebr. משלים
 & forma rectionis משלי gnoma vel sen-
 tentiæ, aut aphorismi insigniores pieta-
 tis & vitæ nuncupantur. Complectun-
 tur enim veram Ethicam populi Judaicæ
 seu Ecclesiæ Dei, in qua virtutes & vitia
 describuntur, quæ vel sectanda vel fu-
 gienda docentur. Hæc Proverbia capi-
 tibus 31. exponuntur. Prima capita non
 sunt ἀποτροπαια ad studium virtutis hor-
 tantia. Ideo horum capitum textus sunt
 continuæ & coherentis materiæ; in reli-
 quis capitibus sunt mixtæ sententiæ va-
 rii argumenti, quæ ad unum statum aut
 propositum referri non possunt. Magnam
 pietatem & sanctimoniam vitæ spirant
 omnia proverbia Salomonis.

DE HIOR.

Job Latine truncatè, Hebr. pleni ַיִּב
 ab ַיִּב odisse seu hostem esse, quod osor
 &

& hostis fuerit omnis impietatis & iniustitiæ. Nō omninō est radicale &'. Ideō non potest dolentem aut gemētem significare. Vir fuit amplissimæ familiæ & dives pecoris. Quando autem vixerit prorsus non constat. Vixisse autem ante Ezechielem manifestum est, quia ab eo citatur c. 14, 20. tanquam omnium iustissimus, qui iustitia sua posset in maximis periculis vitam liberare. Vixit autem in terra Uz, quæ est terra Edom; Thre. 4, 21. Hinc reges Edomitici vocantur Uzai Jerem. 25, 21. Videtur autem Iob habitasse in Edom Esavi regione, antequam illa terra nomen Edom ab Esau acciperet. Antiquissimis enim temporibus illa vocabatur Uz. Hinc colligitur utcunque, quod Iob antecesserit Esau; & vixerit antenatum Iacobum & Esau. Permittitur à DEO tentari partim à Satana, partim ab amicis; quorum ille ulcera infligit; hi Iobum impietatis convincere conantur. Fit interdum pusillanimis; sed tandem eluctatur Deo sententiam ferente pro illo, qui etiam omnia amissa locupletius recuperavit. Historia hæc dramaticè tractata constat capitibus 42. Est compositionis metricæ accuratæ & vocabulo-

TUM

rum selectorum, ut stylus ejus communem dicendi Hebræorum modum excedere videatur; ab Hebræo tamen idiomate non est alienus.

DE DANIELE.

Post Jobum inter Hagiographica nu-
meratur Daniel, perfidia & iniquitate
Rabbinorum, qui Daniëlem non habent
in numero Prophetarum, nec dignantur
eum sede Prophetica, quia ipsorum impietati & inani expectationi de futuro Messia pleno ore contradicit; qui ostendit non solum venturum Messiam (quod omnes faciunt Prophetæ) sed adventum etiam certâ temporis periodo circumscribit, intra quam certò venire, excidi, & opus redemptionis perficere debuit, ut omninò nullus alius Messias sit expectandus extra terminos adventui Messiaë præscriptos. Venire autem debuit post captivitatem Babyloniam, restauratâ urbe, & templo, ubi verò urbs cum templo per Romanos destruetur, Messias non venit solum: sed excisus etiam opus redemptionis perfecit. Durationi ergo urbis, & exhibitioni Messiaë præscripsit certum tempus, nempe Hebdomadas septuagintâ

Lib. I. G.
Latinus.

seu annos quadringentos nonaginta,
 quorum finis erit in excidio urbis. Inie-
 tum autem à קל"ג egressu verbi-
 tum Dei per Prophetas Hagg: & Zacha-
 riam, tum Imperatoris Darii Nothi anno
 2. jubentis templum & urbem restaurare,
 sumendam. Abductus fuit Daniel unâ
 cum captivis tertio anno regni Jehoja-
 kim, fuit Daniel de semine regum & prin-
 cipibus Judâ Dan. 1, 3. Vixit sub Baby-
 lonicis regibus minus prosperè, horren-
 da adversus socios ejus excitata perse-
 cutione: sed translato regno ad Darium
 (cùm occideretur Belsazar) sub illo &
 postea sub Cyro prosperè egit, Daniel. 6,
 28. Plerasque Prophetias & visiones ha-
 buit sub Babylonis regibus. Nam per
 histerologiam cap. 7. & 8. antecedit ordi-
 ne historico, quantum qui complectitur
 res gestas sub Belsazaro Babylonio, re-
 liquorum capitum materia 9. 10. 11. 12. fuit
 tractata vel sub Darro Medo: sed tan-
 tum Babylonis, vel sub Cyro Persâ, tam
 Persarum & Medorum, quam Babylo-
 niorum regibus.

DE ESDRA.

Esdra primarius Sacerdos fuit, versa-
 tissimas

tissimus in lege Dei, Esdræ 7, 6. 11. 12. &
 cap. 10, v. 10. ortus de tribu Levi (quæ
 post defectionem sub Jeroboam tribui
 Judæ adhæsit) non simpliciter verò Es-
 dra de Levitica fuit tribu: sed de linea
 summorum Sacerdotum, Esdræ 7. v. 1.
 Hic vixit in aulâ Persica. Non enim ve-
 nit cum dimissis ex captivitate sub Cyro,
 quorum Catalogus recensetur Esdr. 2. &
 Nehem. 7: sed demum sua Artasaste seu
 Artaxerxe non Longimano, an Darium
 Nothum regnantis, qui structuram tem-
 pli & urbis prohibuerat, Esdr. 4, 7. 21. &
 seqq. sed Artasaste Memoris, qui post
 Darium Nothum regnavit, is insistens
 vestigiis Patris Darii Nothi, Judæis fa-
 vebat & cultum Dei promovebat, hujus
 Artaxerxis Memoris anno 7, mittitur
 Esdras in Judæam, ut structuram teme-
 pli & urbis, quam somnolentius in Ju-
 dæa reduces tractabant, urgeret Esdr.
 7, 8. Esdras igitur cum gratia dimissus à
 rege, muneribus & Satellitibus instru-
 ctus, in Judæam abit anno 161. post pri-
 mam dimissionem Cyri, urbem plenè re-
 stituit & politiam constituit. Describit
 enim res ante se gestas, donaria Cyri, c. 1.
 numerum reducum, c. 2. prima principia

Series Re-
 gum Per-
 sarum.
 Regnavit
 annos
 Cyrus 30.
 Camby-
 ses 8.
 Darius Hi-
 staspes 36.
 Xerxes 21.
 Artaxer-
 xes Longi-
 gim. 41.
 Darius No-
 thus 19.
 Artaxer-
 xes Me-
 mor. 43.
 Ochus 23.
 Arses 5.
 Darius Co-
 doman. 6.
 Summa
 232. tot
 annos du-
 ravit Per-
 sica Mo-
 narchia.

restorationis c. 3. commemorat etiam
 sub quibus regibus impedita fuerit stru-
 ctura templi cap. 4. & per quos plenarie
 concessa cap. 6. & 7. tandem scandalum e
 Republica remouet, dum alienigenæ fœ-
 minæ per diuortium separantur à Iudæis,
 negotio quatuor mensibus confecto. Esd.
 10, 16. & 17. Historia Esdræ absolvitur ca-
 pitibus decem.

DE NEHEMIA.

Nehemia filius Chadiæ Judæus, Pin-
 terna fuit in aula Persica, hic anno 13. post
 Esdræ, anno post primam à Cyro factam
 solutionem captiuitatis, 174. venit in Ju-
 dæam. Non est hic Nehemias, qui cum
 primis reducibus fuit reversus, Esdræ 2.
 v. 2. Cum enim atidiret templum quidem
 in Judæa perfectum: sed muros urbis ad-
 huc disiectos jacere, impetrata à rege ve-
 nia ad tempus (rediit enim in Persiam
 post duodecim annos Neh. 5; 14. in Ju-
 dæam proficiscitur, & ut muro urbs cir-
 cumdaretur mandat. Vitia Reipublicæ
 corrigit, immanes exactiones prohibet
 c. 5. alienigenæ fœminæ separantur c. 9.
 distributus populus ut pars una habitaret
 Hierosolymis, pars altera in urbibus c. 11.
 per

per totam Judæam. Revertitur in Per-
 siam Nehemias anno 32. Artaxerxis Me-
 moris annis 40. ante victoriam Alexan-
 dri M. ideo ad ejus usque tempora con-
 tinuat historiam, & mentionem facit Ma-
 nassis, qui summi sacerdotis Jadae Neh-
 12, 22. fuit patruelis. Hic Jadas Alexan-
 dro Magno cum toto ordine Sacerdotali
 factus supplex, tributi ad septennium re-
 missionem & *ἀπονομίαν* impetravit. Eje-
 cit Nehemias e Republica Judæorum
 Manassem, filium Jojadæ Sacerdotis sum-
 mi, qui non solum alienigenam duxerat
 Samballeti Samaritani præfecti filiam
 Nicaso: sed etiam in odiū Hierosolymita-
 norū Judæorum in monte Garizim, operā
 Samballetis, templū aliud excitavit, quod
 ducentos annos duravit. Ex hoc dissidio
 natae sunt sectæ: Phariseorum, Saddu-
 cæorum & Assæorum, quorum aliqui ad-
 hærebant Hierosolymitanis, alii Gari-
 zæis in religione.

פְּרָשִׁים
 צַדִּיקִים
 עֲשִׂים

Cæterum à laxatâ captivitate ad Da-
 rium Codomanum sex summi Sacerdo-
 tes fuerunt, Josua, Jojakim, Eliaëfib,
 Jojada, Jochanan, & Jada. Sub novem
 autem regibus Persiæ, unus summus Sa-
 cerdos mortuus est: contra ab Impera-
 tore

toꝛe Artaxerxe Memore usque ad victo-
riam Alexandri sub quatuor regibus,
quinque summi Sacerdotes fuerunt. Ideo
Josua primus post laxatam captivitatē
Sacerdos seu summus Pontifex admo-
dum senuit, & filius ejus fuit Pontifex an-
no à laxata captivitate centum sex: Toti
enim sunt anni à dimissione captivorum
ad templi continuationem sub Dario No-
tho. Historia Nehemiæ constat capitibus
sedecim.

DE LIBRIS PARALI- POMENORUM.

Παραλειπόμενα q. d. residua aut relicta
vel Chronica seu historiae temporum.
Græcè dicta: Hebraicè vocantur דברי הימים
דברי הימים verba dierum, clarius ita verba
Hebræa redduntur: Res gestæ tempo-
rum. Nam sicut דברי הימים non tantum ver-
ba: sed etiam res, negotia & gesta signi-
ficant: ita דבר non tantum dies: sed
tempora quoque longa denotat. Paralipomena igitur sunt dibhre Jamim, libri
historici seu annales rerum Judaicarum
in Ecclesia & politica gestarum: descri-
bunt enim regum Judæorum tam Hiera-
solymsi quàm Samariæ acta & gesta, ubiq;
tam

tam Ecclesiæ quàm Politicæ adumbrato
statu. Contexunt enim eandem eorun-
dem regum historiam, quæ libri Regum
exposuerunt. Nisi quòd libri Paralipo-
menon interdum easdem historias ple-
niùs quàm libri regum recenseant. Fa-
ciunt igitur hi libri Chronicorum ad ma-
jorem intellectum librorum Regum:
ideo non solùm librorum Regum lector
remittitur ad Chronicorum: sed etiam
Chronicorum lector ad librorum regum
lectionem amandatur. Unde sciri nequit
librine Regum an Chronicorum priùs
fuerint scripti. Finiuntur autem libri
Chronicorum excidio templi & regni Ju-
dæ, sicut libri quoque regum, nisi quod
Paralipomena post septuaginta annorum
hiatum ultimis versiculis duobus dimis-
sionem per Cyrum factam ex captivitate
narrent. Non autem commemorant hi
libri; sicut nec Regum statum Judæorù in
Assyriaca, in Babylonica & in Persica ca-
ptivitate quid actum ibi sit cum gente ju-
dæorum in varias oras dispersa usque ad
annum primum Cyri. Habent & hoc pe-
culiare libri Chronicorum, quòd faciant
mentionem Zerubabel & Sealthiel, qui
post captivitatem fuerunt. Cum libri re-
I 4 gum

gum allegant libros Chronicorū & contra, videntur libri Regum antiquiores esse: nec hos Chronicorum, qui jam existant esse illos, qui allegantur à libris Regum: sed olim alios Chronicorum fuisse. In his annus primus Cyri non est primus Monarchiæ Cyri: jam enim ante regnaverat viginti octo annos & multa gesserat in Oriente subactis multis populis, ob quam causam dicit: Dominus Deus cœli dedit mihi omnia regna terræ. Annus igitur vigesimus octavus Cyri est primus annus Regni Babylonici: Tertius autem annus regni Babylonici, fuit ultimus Cyri in hac vitâ. Obiit enim Cyrus imperii sui anno 31.

CAPUT XX.

De tempore, quo Prophe-
tæ, quorum hæctenus longa se-
rie facta mentio, vixerint; col-
lati tum ad se invicem, tum
ad natum Christum.

Hæctenus quatuor sectionum libros
sacros eo ordine, quo in codice He-
bræo

bræo habentur, consideravimus: consideranda veniunt deinceps, quæ ad majorem perspicuitatem & intellectum Hebræi codicis faciunt.

Hic primò sese offert tempus Prophetarum, quo singuli vixerint ante natum Christum. Ad hanc temporis notationem investigandam necesse est constitui certos terminos à quo & ad quem. Terminus à quo supputandi temporis, quo Propheta quilibet vixerit, constituatur templum à Salomone conditum anno 4. regni Salomonici, qui est annus mundi his millesimus nongentesimus trigessimus tertius.

Terminus ad quē est duplex captivitas finita Judæorum & nativitas Christi. Sunt verò anni à condito templo ad finem captivitatis Babylonicæ 490: stetit enim templum 431. captivitas autem duravit 59. annos, inclusis additis annis undecim Jechoniæ, ibi enim initium captivitatis omnino faciendum: non demum à Zedekia. Terminus alter temporis ad quem, est Nativitas Christi. Sunt verò anni à laxata captivitate exactissimè computando usque ad natum Christum 530. (multi nativitatem Christi factam esse anno

I 5 mundi

mundi 3970. statuunt. Nam hic vehementer variant autores & Judæi & Christiani. Vide computum Hebræum fol. 5. & seqq. Communissima opinio est Christum natum anno mundi 3962.) Anni post solutam captivitatem ad natum Christum colligendi sunt ex seculari historia scriptorum illorum, qui extra Ecclesiam Dei vixerunt. Nam continua series annorum ab initio mundi ad Christi nativitatem in sacris literis haberi non potest. Exactissime factâ computatione ab initio mundi ad natum Christum sunt anni 3949. absoluti. Vitam ergo cujusque Prophetæ investigaturus, incipe à primo notati temporis articulo, numerans vel ad principium vel ad finem captivitatis, 2. ad natum Christum usque. Non potest autem semper præcisè haberi prophetatum initium, quia quoto anno regis Judæ, vel Israelis ad Propheticum munus vocati fuerint non omnes Prophetæ annotarunt, ut verò certi aliquid constituantur, sumi potest initium Prophetæ à medio tempore regni, illius regis, quem Prophetæ primo allegat. 2. Computentur anni ad finem captivitatis & nativitatem Christi. Tempus verò quod est à con-

con-

condito templo Salomonis ad finem usque captivitatis est annorum 490. (stetit enim templum 431. annos, captivitas à Zedekia capto duravit 59. annos, à Jechonia 70. unde annos captivitatis computamus) & vocari potest hoc tempus Prophetarum tempus, quod plerique Prophetæ intra hoc tempus vixerint.

Invenies autem terminos antea nominatos per hæc hypotheses.

1. Templum à Salomone ædificatur anno mundi 2933.
2. Idem templum destruitur anno mundi 3364.
3. Stetit ergo templum 431. annis.
4. A condito templo ad laxatam captivitatem sunt anni 490. quæ accidit anno mundi 3390.
5. A laxata captivitate ad natum Christum sunt anni 530.

Laxatur enim captivitas anno mundi 3420: Christus nascitur anno mundi 3949. 529, completorum distantia.

Hypotheses istæ invictis rationibus à Josepho Scaligero confirmantur, & subinde in schola Chronologorum stabiliuntur, unde magis magisque fiunt clariore. Quibus suffragatur Theatrum Historicum Christoph.

Christoph. Helvici Profess. in Acad. Giffena celeberrimi. Nunc de singulis Prophetis, quorum scripta in codice sacro exstant, ordine dicendum est, quo tempore quique vixerint.

ESAIAS.

Incipit docere sub Usia, cujus regni medium est annus vigesimus sextus (regnavit enim annos 52.) vixit Esaias docendo post templi initium 252. ante finem captivitatis 230. ante nativitatem Christi 759. Huc collimavit D. Luthorus in Chronicis Tom. 4. Latino Jenensi fol. 724. Demus, inquit, Esaiam coepisse 27. Usiæ, tunc est ferè 32. annorum & occisum esse, 10. anno Manassis, tunc prophetauit 96. annos, & cum eo Hof. 70. vel 60. vel 80. annos, ut patet ex numeris annorum Usiæ, Jotham, Achas & Ezechia. Idem ferè sentit Theatrum Historicum Helvici, tabul. 14. Esaiam quæst 80. aut 90. docuisse annos.

JEREMIAS.

Coepit docere sub Josia anno 13. regni illius. Computatis igitur annis post conditum

ditum templum anno 386. ante finem captivitatis 99 : ante natum Christum 630.

EZECHIEL.

Cœpit Prophetare anno 5. abducti Jehojakim seu Jechoniæ, iccirco vixit post conditum templum 404, ante finitam captivitatem 65. annis : ante natum Christum annis 625.

HOSEAS.

Docuit sub Uzia, si à medio illius regni computentur anni, vixit post conditum templum 192 : ante captivitatis finem 295 : ante Christi nativitatem 824.

JOEL.

Non annotavit tempus, quò docuit : quia verò regno Judæ prædicit vastationem, ideo aliqui eum collocant sub Amazia rege Juda. Si igitur à medio regno Amaziæ fit computatio, nempe ab anno 14. (regnabit enim Amazias 29. annos) colligetur Joel vixisse post conditum templum 212 : ante finem captivitatis 284. ante nativitatem Christi 813.

AMOS.

Quia vocatur ad Propheticum munus
sub

sub Uzia, ideo facta computatione, à medio Uziaë regni, vixit post conditum templum 224: ante finem captivitatis 263: ante natum Christum 792.

ABADIAS

Non annotavit tempus à se administrati muneris: sed quia v. 10. & 12. reprehendit Edomæos, quod capta urbe Jerusalem, una cum hostibus ingressi, sorte domos in prædam diviserint: ideo sub Zedekia vel Jechonia vixisse colligitur. Ab an. 11. Zedekiaë si computatio instituitur, prophetavit Abadias anno post templum conditum 431. (tot enim annos templum stetit) Ante laxatam captivitatem 59. anno (undecim enim anni à Jechonia capti jam effluxerant, quibus additis, captivitas 70. annos duravit) ante natiuitatem Christi annis 599.

JONAS

Neque hic tempus suarum concionum assignavit. Quia verò ejus Prophetia de restituendò termino Israël, per Regem Syriaë Hazael erepto, adimpleta scribitur, sub Jeroboam secundo, filio Joas; ideo eum sub præcedente Rege Judæ, Joa vixisse

vixisse omnino consentaneum est, cujus
 13. anno cœpit regnare infamis ille Sar-
 danapalus, cujus tempore Jonas ad Ni-
 nivitas missus est. Huic Arbaces regnum
 eripuit: sed urbem Niniven non dele-
 vit: verum Dominium commutavit. Fa-
 cto igitur initio à medietate regni sub
 Joa Judæ anno 20. (regnavit enim 40.
 annos) Vixit Jonas anno 182. post tem-
 plum conditum: anno ante laxatam ca-
 ptivitatem 306: ante natum Christum
 834.

MICHEAS.

Quia sub Jotham Judæ docuisse scri-
 bitur, sumpto initio ab anno octavo, qui
 est medius regni Jotham (regnavit enim
 16. annos) Micheas vixisse colligetur post
 conditum templum 257: ante laxatam
 captivitatem 230: ante natum Christum
 759. annis.

NAHUM & HABACUC.

Quia prædicunt Judæ captivitatem,
 & Nahum minatur Ninivæ interitum pro-
 pter abductas 10. Israelis tribus: ideò si
 illis dantur anni centum & quadragin-
 ta ante Judæ captivitatem (nullius enim
 regis faciunt mentionem in Juda vel
 Israele,

Israele, sub quo vixerint) vixisse colligentur post conditum templum 287. annis: ante solutam captivitatem 200: ante Christum natum 729.

HAGGÆUS & ZACHARIAS.

Quia anni secundi Imperatoris Darii Persici Imperatoris faciunt mentionem: ideo novam Epocham extraneorum gubernatorum assumunt, non sacram. Computationem igitur hic fieri oportet per Persicam historiam, quæ Monarchiæ Persicæ 232. assignant annos. In qua primus Monarcha Cyrus fuit, qui primo laxavit Judæorum captivitatem, regnavit is annos 30. aut 31. sed à plena Monarchia postquam dimisisset Judæos, tres duntaxat annos Cyrus vixit, regnavit in totum 30. annos. Cambyſes cum Schmerde octo annos, Darius Histaspis 36, Xerxes 21, Artaxerxes Long. 41. Darius Nothus 19. Artaxerxes mem. 43. Ochus 23. Arses 3. Darius Codomannus 6. Hic trium Dariorum fit mentio, quod nomen fuit regiæ dignitatis apud Persas & Medos. Certum autem est ex historia Esdræ, fundamenta quidem

quidem templi Hierosolymitani sub Cyro
 jacta fuisse: Sed sub Cambyse, Dario Histá-
 spis, Xerxe & Artaxerxe Longimano usq;
 ad aliū Darium structurā templi fuisse im-
 peditā Esdr. 4, 24. Darius igitur hic, qui &
 restorationem templi iterum concessit
 & sub quo Haggæus & Zacharias restau-
 rationem templi urgent, est Darius No-
 thus. Effluxerunt autem à Cyro ad annum
 secundum Darii Nothi, ut Scaliger ex-
 actissimè in libro de emendatione tem-
 portum colligit, anni 106. Haggæus igitur
 & Zacharias incipiunt docere post
 laxatam captivitatem 106. annis. Vivunt
 enim tanto intervallo post captivitatem.
 Ideo post primum templum vixerunt 537.
 annis. Ante natum Christum 422.

MALACHIAS.

Prorsus nullum habet Chronologicum
 indicium, ideo quo tempore vixerit, ex-
 actè colligi omnino non potest. Omnium
 verò consensus est, ut credatur Malachias
 non solum post captivitatem vixisse: sed
 etiam 300. aut 200. annis, ante natum
 Christum, vel si conjiciatur in annum
 mundi 3544, 405. ante Christum docuisse
 depræhenderetur, quod jamjam affuturum
 K Messiam

Messiam **DNVS** confestim aut subito adventurum dicat Malach. 2, 1.

Hinc jam facile est colligere, qui, quibus Prophetis fuerint *σύγχρονοι* seu qui eodem tempore aut pene diverso vixerint. Horum antiquissimus & primus est Jonas, ultimus Malachias, si sciretur certum tempus Malachiae, tum dari posset intervallum inter Jonam & Malachiam. Si igitur detur Malachias 300. ante Christum annis vixisse, tunc Malachias vixit post Jonam 535, post conditum templum Salomonis vixit Malachias 117 ante Christum natum 3001. Jonæ succedit Esaias, cui fuerunt *σύγχρονοι* & coætanei collega Hoseas, Micheas, & Joel. His ferè *σύγχρονοι* fuerunt Nahum & Habacuc. Sic ferè eodem tempore vixerunt Jeremias, Ezechiel & Abadias: coætanei quoque fuerunt Haggæus & Zacharias. Jonas autem & Malachias extimi nullos habuerunt coætaneos.

Ut omnia præcedentia dicta vel de anno mundi vel captivitatis, vel nati Christi solidius intelligantur, & quod dictum est Christum Jesum natum esse anno mundi 3949. hac inductione nobis opus est. 1656. sunt anni à condito mundo ad diluuium. 292. à

292. à diluvio ad natum Abraham.

75. à nato Abraham ad vocationem ejus.

430. à vocatione Abraham, ad excessum
ex Ægypto. Hi anni collecti à condito
mundo, ad migrationem ex Ægypto, fa-
ciunt summam

2453.

479. ab Exodo ad conditum templum Sa-
lomonis.

428. Hinc ad casum Zedekiaë, & excidium
templi.

Hi anni collecti reddunt summam

907.

59. à casu Zedekiaë ad reditum Judæorum
ex captivitate Babylonica.

108. Hinc ad edictum Darii Nothi.

259. ad Encænia Judæ Maccabæi.

162. hinc ad natalem verum Christi Jesu
filii Dei. Collecti hi anni à casu
Zedekiaë, ad natum Christum sunt

588.

Omnes præcedentes anni à condito
mundo ad natalem Christi, sunt 3948.
Hæc summa firmissimè demonstratur ab
illustri viro Josepho Scaligero in lib. de
emendatione temporum, vide p. ibi. 735.

K 2

Con-

Controversia est inter Chronologos ἀκρυβεςατης de 3. annis, alii enim natum Christum dicunt anno mundi 3947, alii 48, alii 49, non-nulli 50. Hæc controversia tandem componetur diligenti inquisitione: nec poterit statui Christus natus anno mundi 3962. vel 64. vel 70. Postrema enim computatio laborat *παρα* *χρονισμῶ* 22. annorum, qui nulla ratione per veras Epochas demonstrari possunt.

CAPUT XXI.

De Librorum in codice Hebræo clausulis.

Libros sacros Bibliorum plerosque, doctores Hebræi finiunt clausulis. Aliqui vero libri nullas habent clausulas, quales sunt liber Ruth, Esther, Judicum, Primus Samuelis, Primus Regum & Jeremias. Item ii. minores Prophetæ & Nehemias. Reliqui omnes aliquam habent clausulam.

Est vero clausula libri sacri adjectio, quarundam dictionum à Doctoribus Hebræis facta sub finem alicujus libri memoriae vel gratitudinis ergo.

Ideo ea adjectio est partim *μνημονοσι*
κη παρ

ἢ partim εὐχαριστική. Clausula μνημονό-
 λυχή complectuntur tam summam ver-
 suum in aliquo libro, quàm medium ver-
 suum & numerū Parasarum cum sidris me-
 moriæ causa. Clausula a. εὐχαριστική Deo
 gratias agunt, quòd libri alicui legen-
 do vel imprimendo sine magno impedi-
 mento finem imponere, divinitus con-
 cessum fuerit, Interdum utramque clau-
 sulam conjungunt. Nunc ordine de
 clausulis eorum librorum agamus, quo-
 rum fini aliquid præter textum sacrum
 est appensum. Sic liber בְּרֵאשִׁית u-
 tramque habet clausulam. Prior est no-
 tata his literis חֲזַק vel חֲזַקֵּךְ fortitudo seu
 roboravit q. d. Dominus vires & robur
 librum legendi & absolvendi hæctenus
 suggestit.

Altera clausula habet סְנוּחַ summam
 versuum & sidrarum. Ita verò ha-
 betur integra clausula Bereschith, cui
 puncta addimus litera currente, revoca-
 ta ad communem magis notiozem:

סְנוּחַ בְּסוּקֵי הַסֵּפֶר בְּרֵאשִׁית אֵלֶּף
 וְחַמֵּשׁ מֵאֵרֶת וּשְׁלֹשִׁים אַרְבָּעֵה
 וְסִימָן אֵר לֵל וְחֲצִי וְעַל הַרְבֵּה תַחֲוִיר
 וּבְרֵאשִׁיתוֹ יֵב אַחַב סִימָן סְהַרְוֹ מֵג:

K 3

Inter-

Interpretatio hujus clausulæ: summa versiculorum libri Bereschith mille & quinque centa (quingenti) & triginta quatuor. Et horum signum sunt literæ $\aleph \aleph$, quæ faciunt 1534. tot in Genesi sunt versus. Medium versiculorum est ibi: Et in gladio tuo vives Genes. 27, 40. distinctiones sunt duodecim, quarum signum sunt literæ Achabh. Ordines verò sunt hujus libri \aleph i. e. 43.

Radicum quarundam consideratio.

Verbum $\aleph \aleph$ Chaldaum est, unde $\aleph \aleph$ summa idem quod Hebrais $\aleph \aleph$, $\aleph \aleph$ similiter Chaldaeis est finire aut cessare, hinc $\aleph \aleph$ versus seu sententia absoluta & finita, i. e. periodus. $\aleph \aleph$ Chaldaicè per $\aleph \aleph$ vel $\aleph \aleph$ solo schin sumto & mutato illud in Daleth $\aleph \aleph$ signavit hinc $\aleph \aleph$ signum vel nota. Sic $\aleph \aleph$ medietas à $\aleph \aleph$ dimidiavit in duas æquales partes dissecuit.

Notatio.

Clausula hæc habet numerum omnium versuum, qui sunt in Bereschith. 2. Partiarum. 3. Sidrarum. Singulis partibus addun-

addantur literę characteristicę, quibusus-
 bique numerus designatur. Parsę à sidris
 distinguuntur, ut partes maiores à mino-
 ribus. Nam Parsę sunt distinctiones Sab-
 bathinę maiores. Sidrę verò sunt capi-
 tum antiquę divisiones seu sectiones
 quę olim apud Judęos longiores quàm,
 hodię capitum sunt, fuerunt. Habebat
 enim antiquitus quadraginta tria capita
 Genesis, nunc distincta est in 50. In Ve-
 netianis Bibliis est mendum, in numero
 versuū, vitiosum enim in ultima συζυγία
 literarum numeralium positum est 7 fide
 pro 7. Nam sunt versus tantum in Genesi
 1534: non verò 2030. Literę ארצב duode-
 cim notantes, sunt nomen proprium
 Regis Israelis, quę heic memorię causa
 ponuntur.

Libri שמור Exodi clausula est μνη-
 μουσίων: סכום פסיקי דספרת
 ואלה שמור אלה ומתים וט
 וסימנו ארש וסדריו יא ופרש יותיו בט
 ונחצי אלהים לה תקלל
 Id est,
 Summa versiculorum, qui sunt in libro
 Schemoth (vel Exodi) mille ducenti &
 novem. Signum ejus sunt literę Arat.:
 K 4 ordi-

ordines verò sunt undecim: distinctiones quoque illius sunt undecim: & Medium (libri schemoth) est tibi: Diis non maledices Exod. 22. v. 28.

Annotatio.

In hoc quoque **ו** **י** **ד** **ו** versuum, distinctionum & ordinum colligitur numerus. Litera Vau præposita literæ Teth numerali non est numeri, sed copulationis. Nempe versus esse in hoc libro 1209. Alias **י** quindecim designat in numeratione, atque tum significativæ literæ Arat, si Vau esset numerale, numerum versuum non exprimerent. Nam in hisce **מ** mille, **כ** ducentos, & **ט** novem significat.

Literæ Arat sunt dictionis **אר** **א** **ר**, altero **ר** exciso, quo nomine notatur Regio Armeniæ, in cujus montibus ficcatis aquis diluvii, arca Noæ subsidit, ut omnino dictio sit **אֲרָמֵנוֹן**.

Deinde in literis numeralibus, quibus Parsæ exprimuntur, vitium manifestum apparet in exemplari Antverpiensi, & inde deducto Wittenbergensi, ubi **כ** ponitur, cum **כ** ponendum fuerat: non enim viginti novem, sed tantum 11. sunt hujus libri Parsæ. Oportet igitur parem hic numerum esse id Sidris & Parsis, ut
neuter

neuter neutrum excedat. Radices sunt
eædem, quæ in superiore Sechom; sed
הספרא Chaldaicæ formationis est, in
principio & in fine dictionis pro שספר

Libri ויקרא Sechom est duplex: ευχα-
ριστος & ευχαιμον, qua sic habet:

טכנס הבסוקים של ספר זה

שמ נרמ מאור וח אשים ותשע

וסרמן נטף וחציו הנוגע בכשר הזב

עח עז. i. e. Summa illorum versuum,

qui in hoc libro sunt, octingenti & quin-

quaginta novem: & signum sunt literæ

נטף (in quibus ט fin: octingenta, נ quin-

quaginta, ט novem significat) Sint sanè

alicujus viri nomen, vel Radicis נטף stil-

lare: medium vocis ibi est: tangens car-

nem semiflui, Levitici 15. v. 7.

Notatio,

De literis טו & טז, huic סכום an-
nexis diu dubitatum fuit à prestantissimis
etiam Hebræis, quid sibi velint hæ literæ.
Magnus Weygenmeierus in literis ad
me, negat se scire quid significant: fate-
tur idem in libro Rasche theboth aper-
tus fol. 46, b, cùm inquit: Hoc simbolo

K S

clau-

clauditur Sechom pesukim libri Levitici, quid eo innuatur, haecenus eruere non potui. Johannes Buxdorsius Hebraeae Linguae in Basiliensi Academia Professor peritissimus in literis ad me datis, Stochasmo primo investigare voluit: cum non succederet, propius ad metam collimavit. Nam priores duae literae $\text{מ} \text{נ}$ numerales, designant septuaginta octo: tot enim sunt versus in ultima Parsa Levitici. Ideo eundem numerum literis nominis proprii Sacerdotis, qui tetigit arcam, designari. Dicitur hic $\text{מ} \text{נ}$ Uza 2. Sam. 6. v. 7. 8. Sed primo Paralip. 13. v. 9. scribitur per $\text{נ} \text{מ}$, quae literae septuaginta octo denotant, nempe נ 70. מ 7. & נ 1. designantibus. Vitiose igitur $\text{מ} \text{נ}$ scribitur in voce $\text{מ} \text{נ}$, cum per $\text{נ} \text{מ}$ scribendum esset. Alias haec literae initiales versuum numerum in hac Sidra non exprimerent, excedit enim quaternitate numerus per $\text{מ} \text{נ}$ scriptus in voce $\text{מ} \text{נ}$, Magno autem studio Doctores consecretantur numerum in quolibet $\text{מ} \text{נ}$ notare, non solum literis numeralibus (quae mutari & incertae reddi possunt) sed etiam eundem numerum literis alicujus nominis proprii exprimere, quod hoc indicium constantius & im-

& immutabilius fit. Sic supra in **בְּרֵאשִׁית** numerum Parsarum notarunt, non tantum **ב**, literis, sed etiam Regio nomine **בְּרֵאשִׁית**, sic hoc loco numerus **בְּרֵאשִׁית** in Parsa ultima notatur non solum numeralibus **ב**; sed etiam nomine temerarii illius Sacerdotis **בְּרֵאשִׁית**, qui audaci curiositate arcam foederis, plastro minante ruinam, attigerat. Et quia hoc nomen per literam quiescentem **ב** in fine scriptum reperiatur, & per **ב**: ideo scriptio per **ב** huic signo numerali magis convenit, per **ב** autem non convenit. Imperitia ergo Chalcographi & correctoris nomen per **ב** positum fuit pro nomine per **ב** exarato, posterius autem numerum verum expressit.

In hoc Levitici Sechom nulla fit mentio Sidrae aut Parsae, ideo nulla quoque earum indicia per literas adjecta fuerunt. Causam reddant Doctores Hebraei. Sunt autem in hoc libro novem Parsae, Sidrarum numerus ignoratur, quia illum Alexandrienses Judaei per suam capitum distinctionem absorpserunt. Hodie capita habet Leviticus 26.

Libri **בְּרֵאשִׁית** sechom hic est: **בְּרֵאשִׁית**

בְּרֵאשִׁית

פְּסוּקֵי דִסְדָּר : כַּמְדָּבָר סִינֵי אֱלֹהִים
 וּמֵאֲזֵיט וּשְׁמוֹנֵי וּשְׁמֹנֶה וְסִימָן אֲרֵפַח
 וְחֲצִיו וְחֲנִיָּה הָאִישׁ אֲשֶׁר אֶבְיָר בּוֹ
 מִמֶּהוּ יִבְרַח וְסִדְרָיו לֹא סֵא וְסִדְרָיו
 כַּח וּפְרָשִׁיּוֹתָיו עֲשָׂרָה :

i. e. Summa versuum hujus libri Bam-
 midbar (numerorum) mille ducenti
 octuaginta octo, & signum sunt literæ
 א 1000. ר 200. פ 80. ה 8 medium
 autem ejus ibi : Et erit ille vir, quem ele-
 gero, virga ejus florebit : Sidræ autem
 ejus sunt 32, in alio libro sunt Sidræ ejus
 28 : sed Parsæ ejus decem sunt.

Et hic Sechom habet numerum Pesu-
 kim (MCCLXXIIIX.) & numerum Si-
 drarum, quarum diversitas hic ostendi-
 tur. Nam alia exemplaria distincta sunt
 in hoc libro in triginta duas, alia in 28.
 Sidras : (quæ rationem capitum habue-
 runt : olim enim ante hodiernam distin-
 ctionem per capita in Midbar libro di-
 stinctio Sidrarum non erat eadem. Di-
 versitatem hanc exemplarium indica-
 runt literis Rasche סֵא, quæ sunt initia-
 les literæ harum vocum integrarum סִפְרָה
 אֲחֵרָה i. e. alius liber seu aliud exemplar.

Literæ

Literæ numeræales versuum in hoc Se-
chom, sunt nominis proprii Arphachsad,
ultima syllaba resecta, & ד verso in ן:
vel alius nominis proprii sunt hæ literæ.

Ultimò in hac summa continentur
Parfæ quarum sunt decem in hoc libro.
Ideo ex hoc loco & superiore perspicuū
est, Sidras breviores, Parfas autem lon-
giōres esse, quo fit, ut in eodem libro plu-
res sint Sidræ, pauciores verò Parfæ. A-
lexandrinorum igitur interpretum, qui in
Ægypto, tempore Ptolomæi vixerunt, &
Biblia verterūt (quos communiter LXX.
vocamus) audacia contra antiquissimam
legis Sidrarum distinctionem, multipli-
cavit numerum capitum, in hodie 36. ha-
beantur in hoc libro Numerorum capita.
Libri םִדְרָוֹתֵינוּ Sechom sic habet:

סְכוּם פְּסוּקֵי דְסִפְרָה וּפְסוּקֵי דְ
דְאוּרִיתָהּ בְּרֵאשִׁיּוֹת אֱלֹהִים וְחֲמִשׁ
מֵאוֹת וּשְׁלֹשִׁים אַרְבָּעֹת וְאַלְפֵי
שְׁמֹנֶת אֱלֹהִים וּמֵאֲתָיִם וְתִשְׁעֹת
וַיְקָרָה שְׁמוֹנֶה מֵאוֹת וְחֲמִשִּׁים
וְתִשְׁעֹת בְּמִדְבַר סִינַי אֱלֹהִים וּמֵאֲתָיִם
וּשְׁמוֹנִים וּשְׁמוֹנָה אֱלֹהִים תְּרַבְרִים אֱלֹהִים
וְחֲמִשִּׁים

וְחַמְשִׁים וְחַמְשָׁה סִבּוּסֵי הַפְּסוּקִים
 שֶׁל כָּל הַתּוֹרָה חֲמִשָּׁה אֲלֵפִים
 וְתֵשַׁע מֵאוֹת וְאַרְבַּעִים חֲמִשָּׁה:

Versio.

Libri haddebahrim (Deuteronomii) summa versuum, qui sunt in hoc libro, & versus illuminationis seu legis totius. Bereschith (libri versus sunt) 1534. sed libri Elleschemoth sunt 1209. Libri Vajikra sunt versus 859. Libri Bammidbar Sinai sunt versus 1288. Deniq; libri Haddebharim sunt versus 1055. Summa illorum omnium versuum, qui sunt in tota lege 5945.

Notatio.

Deuteronomii Sechom non habet numerum Sidrarum, neque Parsarum, earum, quæ in hoc ultimo libro continentur: sed tantum numerum Pesukim, & quidem primò per μερισμὸν ac τελείωσιν. Per μερισμὸν quidem: Nam summa versiculorum in singulis libris legis numeratur & sigillatim in Deuteronomii, numerus ponitur versuum: mille quinquaginta & quinque. Deinde per τελείωσιν seu collectionem partium in unam summam, quor

quot in tota lege reperiantur versus. Sunt autem quinque millia nongenti & quadraginta quinque. Notetur autem Hebræorum dictum **אור** vocari à Chaldæis **אורייתא** illuminationem, ab **אור**, quod Lex Domini illuminet mentem, & dispellat intellectus tenebras. Tantum de Sechom Legis Mosis: sequuntur aliorum librorum clausulæ, & quidem primo **שירים** clausula est **ευχαριστική**, quædam exemplaria habent hanc clausulam: **סכום פסוקים דשיר השירים**: **פאה ושבעה עשר וחציו נרד וכרכום**: i. e. Summa versuum Cantici canticorum, centum & novendecim, & medium illorum ibi: Nardus & crocum, &c. cap. 4. vers. 14.

Sic liber Ruth habet hanc clausulam:

סכום פסוקים של ספר רות
שנים וחמשה וחציו ותאמר רות
המואבית i. e. Summa versuum, qui sunt in libro Ruth: octuaginta & quinque, & medium eorum est ibi: & dixit Ruth illa Moabitica.

Clausula Threnorum est **γωμολογική**, quæ reperit sententiam insignem textus, ut:

השיבנו

השיבנו יהוה אליך ונשובה חדש
 זמינו בקרבם סימן יתקק :

Interpretatio.

Converté nos Jehova ad te & conver-
 temur, innova dies nostros sicut antiqui-
 tus.

Signum sunt literæ Jod, Thau, Kuph,
 Kuph. Quædam exemplaria post hanc
 Gnomologiam sententiam habent hæc
 literas, **קתק** que sunt literæ **קתק**
 tantes eos libros, in quibus Gnome ali-
 qua ex textu repetitur sub finem. Nam
 Jod est initialis nominis **ישעיהו** Efaia
 Prophetæ, **ת** verò est: **תרי עשר** duodeci-
 cim minorum: **פ** autem prius notat li-
 brum **קהלת** Ecclesiasten, posterius
 autem **פ** signat librum **קינור** Lamenta-
 tionum seu Threnorum Jeremiæ.

Quatuor enim hi libri tantum habent
 sententiam aliquam insignem ex textu
 repetitam. Præter hanc Gnomologiam
 sententiam, (in Coheleth) habent quæ-
 dam exemplaria etiam hunc **סכום**

סכום פסוקי קהלת : **או קהלת** in
פאתיהם ועשריהם ושנים וסימן ר
רנב

רַכֵּב וַחֲצִיּוֹ שְׁהִיר כְּבֵנָה נִקְרָא :

i. e. Summa versuum, qui sunt in Koheleth, sunt 222, & signum ejus sunt literæ רַכֵּב : Medium autem ejus ibi est: id quod est jam nominatum. Coheleth c. 6. v. 10.

Videtur in hoc Sechom in literis signi vitium esse Typographicum. Nam pro סימנו legendum est סימניה.

Libri רות Sechom in quibusdam exemplaribus est: סֵפֶר הַפְּסוּקִים שֶׁל סֵפֶר רוּת שְׁמוֹנִים וַחֲמֵשָׁה וַחֲצִיּוֹ וַיֹּאמֶר :

Libri Esther in quibusdam exemplaribus hæc est clausula: סֵפֶר הַפְּסוּקִים מִגִּלְתֵּי אֶסְתֵּר מֵאֵרֶה וְשִׁשִּׁים וְסִי קָמַר :

Summa versuum voluminis Esther 160: & signum ejus literæ קָמַר 166: medium facile colligi potest illorum versuum, quod est c. 6. v. 13: Narravit Haman Zeresh uxori suæ.

Hæ sunt clausulæ librorum in prima sectione: in secunda sectione libri sunt Josua, Judicum, duo Samuelis & duo Regum.

Libri Josuæ hæc clausula est: סֵפֶר הַפְּסוּקִים שֶׁל סֵפֶר יְהוֹשֻׁעַ שִׁשִּׁים מֵאֵרֶה

מִאֲזַר וְחֲמִשָּׁה וְשֵׁשׁ וְסִדְרֵיו
 אַרְבָּעָה: i. e. Summa versuum, quæ
 sunt in libro Josua, 656. Sidræ verò qua-
 tuor. Eodem modo habet exemplar Ve-
 netianum.

Liber Judicum in Antverpiano nul-
 lam habet clausulam; in Venetiano bre-
 vissimam: סֵפֶר שְׁפִטִים id est, ab-
 solutio seu perfectio libri Judicum.

Sub finem 2. Samuelis est hæc clausula:

סֵכּוּם הַפְּסוּקִים שֶׁל זֶה הַסֵּפֶר אֵלֶּף
 וְאַרְבַּע מֵאוֹת וְשֵׁשׁ וְסִימְנוֹ אֲזַר
 וְסִדְרֵיו לִרְוֵי וְחֲצִיו וְלֵאשָׁה אֶגֶל מִרְבֵּק:
 i. e. Summa illorum versuum, qui sunt hu-
 jus libri 1406 & signum ejus sunt literæ
 אֵלֶּף Medium ejus ibi: Et foeminae erat vi-
 telus saginatus; 1. Samuel. 28. v. 24.

Notatio.

Medietas versuum constituitur sub fi-
 nem prioris Samuelis. Nam medium
 versuum incidit in caput 28. v. 24. prioris
 Samuelis. Hinc liquet duos Samuelis li-
 bros olim omnino pro uno libro habitos,
 quia medietas hæc facit libri integri me-
 dium, & quidem unius non autem duo-
 rum librorum, vel medietas versuum
 non

non est prioris libri, sed utriusque simul. Uterque ergo liber unum constituebat. Ideo in hoc Sechom dicitur summa versuum unius libri in singulari numero קס"ו . Signum a. horum versuum videtur omnino pugnare cum numeris expressis, nempe 1406. Verum hoc signum ק"ס notat majorem numerum, nempe, nempe 1506. In finale ad notandum numeros assumptum, 500. notare solet. Ideo conjectura est manifesta, pro ק"ס fin: ponendum esse ק"ס quo 400. significantur. Conspicitur a. hoc $\sigma\theta\alpha\lambda\mu\alpha\gamma\rho\alpha\phi\iota\kappa\omicron\nu$, non solum in exemplari Antverpiano, sed etiam in Venetiano, ubi tamē videtur ק pro ק"ס fin: positū. Ideo hoc erit signū legitimū numerale hoc loco ק"ס .

Libri Regum 2. olim unus fuit, ideo summa versuum non additur primo, sed sub finem secundi libri. Est autem duplex, una $\epsilon\upsilon\chi\alpha\rho\iota\sigma\tau\iota\kappa\eta$, altera summaria. $\epsilon\upsilon\chi\alpha\rho\iota\sigma\tau\iota\kappa\eta$, talis est: $\text{ק"ס} \text{ק"ס}$, quæ ferè communis est clausula omnium librorum desumpta ex primo Paral. 19, v. 13 confirmaturus esto & confirmabimur. Videatur Munsterus in abbreviaturis fol. 309. Usurpatur autem hæc clausula à Doctoribus pro exhortatione ad aliquid strenuè agendum. Aliquando sic

reperitur scripta חֹק חֹקוֹ confirmando
confirmabimur; sensus idem cum supe-
riore. Aliqui volunt hac significari: finit
liber & finitur labor. Sed summa clau-
sula hæc est: סְכוּם פְּסוּקֵי דְסֵפֶר מַלְכִים
אַלֶּף וְחַמֵּשׁ מֵאוֹת וּשְׁלֹשִׁים וְאַרְבָּעָה
וְסִימְנוֹ תִּתְּשֶׁלֶךְ :

i. e. Summa versuum, qui sunt in libro
Regum 1534: & signum ejus sunt literæ
תתשלה ut ת 400. (seu 1200.) literæ thi-
thischledh sunt numerales vel per se nu-
merum significantes: vel argutè ad ali-
quod nomen proprium alludentes.

Hæ sunt clausulæ secundæ sectionis:
in tertia sectione sunt Prophetæ: inter
quos Esaias habet duplicem clausulam
γνωμολογικὴν & ὀπιτηρητικὴν: sententio-
sam & hortativam, quarum illa aliquid
repetit ex textu, ut: וְהָיָה כִּי חוֹדֵשׁ
& erit de plenitudine Mensis Es. 66. v. 23.
i. e. singulis mensibus & sabbathis ve-
nient ad adorandum. Ideo habet clausu-
la alicubi (in Venetiano exemplari) hæc
literas יתקק de quibus supra. Adhorta-
toria clausula est וְנִתְחַזַּק i. e. animo-
sè age & animo forti agemus.

Jeremias finitu, sine omni clausula.
Ezechiel

Ezechiel autem habet hanc clausulam :

סָכּוּם פְּסוּקִים דִּיחֻקְאֵל אֱלֹהִים
וּמִאֲתָרִים וְשִׁבְעִים וְשָׁלֹשָׁה וְסִימְנָהוֹן
אֲרִנֶּע :

i. e. Summa versuum, qui sunt in Ezechie-
le, sunt 1273, signum eorum sunt literæ
אֲרִנֶּע quæ vel numerales sunt, vel ali-
cujus nominis symbolum.

Prophetæ minores singuli (quibus Za-
charias quoque annumeratur) nullam
habent clausulam; in fine autem horum
omnium est clausula Gnomologica ver-
sus penultimus tertii capitis Malachiæ:

הִנֵּה אֲנִי שֹׁלֵחַ לְכֶרֶךְ אֶרֶץ אֱלִיָּהוּ
לְשָׁנֵי בֹוֹת יוֹם יְהוָה הַגָּדוֹל
וְהַנּוֹרָא :

Ecce ego mittens vobis Eliam prius-
quam veniat dies Jehovæ magnus ille &
formidabilis ille.

Venetianum Exemplar habet insuper
hanc clausulam Rithmicam:

כָּשָׁלְמוֹ הַנְּבִיאִים הַאֲחֵרוֹנִים
תְּחִלָּה לְשׁוֹכֵן מְעוֹנִים :

i. e. finiuntur Prophetæ posteriores: laus
esto habitatori habitationum. Sic Deum

K 3

circum

circumscribunt, qui omnium habitatio-
num constantissimum, cœlum illud suū,
seu illud אֵלֶּיךָ, in quo Deus est, & erit in
omnem æternitatem, habitat.

Tandem sequuntur sechomim ultimæ
& quartæ sectionis: in qua sunt: Psalte-
rium, Proverbia, Iob, Daniel; Esdra cum
Nehemia, & libri Chronicorum.

Liber ergo תהלים Psalmodum seu di-
vinarum Odarum hanc habet clausulam;

מספר הפסוקים של תהלים אלפים
וחמש פאור ושבעה ועשרים אה
כך סימן רחציו ויפתוהו בפיהם
אמריו יט ומזורים קן :

i. e. Numerus versuum, qui in Tehillim,
sunt 2527. hæc autem literæ אה כך sunt
signum illorum, & medium ejus ibi: &
blandiebantur illi ore suo: Sidræ autem
ejus sunt 19: Psalmi verò sunt 150. קן.

Literarum characteristicarum duo N
millia duo notant, sed ך finale quingen-
ta. ך medium viginti, & ך septem. Me-
dium versuum ibi est: blanditi sunt ore
suo, quod extat Psal. 78. v. 36. ubi sunt
hæc verba addita: חציו הספר i. e. medium
hujus libri.

Divi-

Divisum erat olim Tehillim in 19. Sidras, quæ erant quædam κεφαλαία seu capita. Hodie verò tot sunt capita in libro Psalmorū, quot Psalmi reperiuntur.

Liber Proverbiorum aridam admodū habet clausulam, in qua nec versuum, nec Sidrarum, neque mediū fit mentio; sed nudē in Antverpiano & Venetiano dicitur: סֵפֶר סְלִיק סְלִיק סֵפֶר כִּשְׁלִי finitur liber Proverbiorum seu definit. סֵלֶק Chaldaicē usurpato. Nam majoris est diligentia clausula Jobi:

יְשׁוּעָה לְיִשְׂרָאֵל אֵין אֵין אֵין i. e. Finitur liber Iob: תְּהִלָּה לְבוֹרֵא עוֹלָם Laus sit creatori mundi, אָמֵן Amen.

Danielis clausula hæc est: סְכּוּם פְּסוּקֵי סֵפֶר דָּנִיֵּאל שְׁלֹשׁ פְּאַרְתַּי וְחַמְשִׁים וְשִׁבְעִים i. e. Summa versuum libri Danielis trecenti quinquaginta septem. Per magnum contemptum hujus Prophetæ neque Sidras, neque characteristicas literas numeri versuum adjecerunt Rabini.

Sub finem Esdræ ponitur מְנַחֵם Nehemiæ his verbis: סֵפֶר נְחֵמְיָהוּ i. e. Liber Nehemiæ. Ideò Esdras. Nullā habet clausulam, sed sub finē Nehemiæ hæc ponuntur in Venetiano exemplari verba:

נִשְׁלֹמֵן סֵפֶר עֲזַרְיָה וְסֵפֶר נְהֵמְיָהוּ
 i. e. Finiuntur liber Esdræ & liber Ne-
 hemiæ.

Liber Chronicorum habet commu-
 nem illam clausulam hortatoriam &
 Rhythmicam:

חִזַּק וְנִתְחַזַּק הַמְּחֻזָּק לֹא יִזָּק

i. e. fortificavit Dominus, & nos confor-
 temur: Legislator autem seu Magister
 operarum non impediatur. Chaldaicum
 verbum est חִזַּק & נִזָּק impedire vel
 hinc in formatione hophal. Futuri יִזָּק.

Denique sub finem totius operis Bibli-
 ci hanc clausulam habet exemplar Ant-
 verpianum:

נִדְפַס עַל יְדֵי וּבִיּוֹרַת כְּרִסְטוֹפּוֹר
 פְּלֶנְטִין בְּשָׁנַת שֵׁמֶב לִפְקֵי כְּרוֹן
 יְהוָה אֲשֶׁר לֹא עֲזַב חֶסְדּוֹ מִמֶּנּוּ וְזָכַר
 לְסִיּוּם הַסֵּפֶר הַזֶּה בְּלִי שָׁטָן וּפְגַע רָע:

i. e. Excusum est per manus, & in domo
 Christophori Plantini, anno 342. juxta
 minorem numerum. Benedictus Jehova,
 qui non subtraxit misericordiam suam à
 me, & purgavit nos ad perficiendum li-
 brum hunc, sine adversario & malo in-
 cursu.

Radices

Radices quædam hic singulares **דפס** est typis excudere, hinc **דפוס** Typographus & **דפוסה** Typographia. Sic à **יכר** fit **יך** purgare & idoneum seu aptum aliquem facere, ne illotis manibus opus aggrediatur. Sic **פנע** est occurrere, hinc **פנע** quod alicui potest obtingere, & h. l. **פנע רע** significat malum eventum.

Annotation.

Ultima finalis & totius libri clausula notat Typographum & annum excusi libri, adjecta gratiarum actione ad Deum, qui favore suo opus hoc promovere dignatus fuerit.

Annum Hebræi scribunt vel integre per omnes numeros à creatione mundi, vel omissis millenariis minores saltem numeros assignant. Numeros istos omnes vocant **פרטים** partes. Est autem omnis **פרט** numeralis vel **גדול** magnus, vel **קטן** minor. Peratim majores, sunt numeri, qui millenarios significant, ut ab exortu mundi, jam plenè effluxerunt 5000. has millenarias partes seu **פרטים גדולים** non numerant, sed tanquam satis notas rejiciunt, numerantes tantum per numeros minores, qui post mil-

tenarios supersunt, hi sunt פְּרָטִים קְטָנִים
 minores portiones numerorum. Est igitur
 חֹסֶף שְׁרָטִים supputatio per minores nume-
 ri partes, quæ fit per numeros minus
 quàm mille significantes, cujusmodi sunt
 numeri centenarii, denarii & unitatum.
 Et hoc anno 1608. post millenarios, sunt
 minores numeri secundum Judæorum
 computationem ab exordio mundi שְׁרָטִים
 368. Hunc minorem numerum notant
 literis Rasche קַפָּל, quod est integrè:
 לְפָרֵט קְטָנִים, juxta seu secundum mino-
 rem portionem numeri.

Ut autem possis scire, in quem annum
 Christianum incidat Judæorum Liphrat
 Katon, semper deme de communi Chri-
 stianorum numero ab Exordio mundi
 hunc numerum 205. ut annus 1608. Chri-
 sti, est à creatione mundi 5578. Hic pri-
 mum tolle quinque millenarios, supere-
 runt anni 578. minoris computationis. De
 his annis tolle 205. (tot enim annos minus
 habent Judæi ab exordio mundi ad præ-
 sentem annum) manebunt 373. Hi nume-
 ri erunt hodie Judæorum Liphrat Katon,
 quos literis numeralibus suis notarent
 גַּדּוֹל. Ergo perat gadol seu millenarii
 quinque deponuntur anno à Christo nato
 compu-

computatione Christianorum 965. qui est
 annus mundi 5000; sed juxta Judæorum
 computationem deponuntur quinque
 millenarii anno Christi 1240. ab illo an-
 no incipiunt suam Liphrat Katon, i. mi-
 norem numerationem, seu æram mino-
 rem. Sic Venetiana Biblia sunt impressa
 לפק ש"ב 312. Hos adde ad annos Christi
 1240. prodibit annus Christi 1552. Sic Ant-
 verpiana Biblia cœperūt inprimi ש"מ לפק
 340. Hos adde ad Christi annos 1240.
 prodibit annus Christi 1580. Eadem Biblia
 absoluta sunt ש"ב לפק 342. (1582.) Sic
 Wittebergæ impressa sunt Biblia He-
 braica ש"ז לפק 347. hos adde ad Christi
 annos 1240. prodibit annus 1587. Christi.
 Sic quemlibet liphrat Judæorum ad cer-
 tum Christi annum reducere poteris.

Clausula in Wittenbergensi Hebræo
 exemplari est:

קדפס במצור יוחנן
 ובזכר רביאל האחים על ידי
 זכריה קראטו בשנת שמו לפק פת
 ויטמכערן :

Impressum ad mandatum Johannis &
 Conradi Rühel, fratrum, per manus Za-
 chariæ Krafft anno 347, juxta minorem
 computationem, hic Wittebergæ. Tan-
 tum de clausulis. CAP.

CAPUT XXII.

Quot annorum historiam multi libri Biblici complectantur.

Librorum sacrorum Chronologiam consideraturus, meminerit, alios libros Biblicos esse historicos, alios didacticos: in illis historia annorum illustrius cernitur, ut aliquando in didacticis vix aliqua Chronologiæ circumstantia inveniatur, utpote in Joele, Jona, Abadia & aliis. Ideo in libris historicis temporis consideratio inprimis erit spectanda.

Pentateuchus Mosis complectitur historiam Ecclesiæ Dei bis mille quadringentorum nonaginta trium annorum. Nam Genesis ad diluuium habet annos 1656, ut ætates Patrum Gen. 5. ostendant. Sic generationes Patrum post diluuium ad nativitatem Abraham complectuntur annos 292. Gen. 11. Abraham natus annos septuaginta quinque incipit peregrinari, & paulatim cum suis in Ægyptiorum servitutem redigi, Gen. 12. v. 4. Duravit autem totum peregrinationis tempus cum servitute Ægyptiaca annos 430. Gen. 15. v. 12.

15. v. 12. Exod. 12. v. 4. Act. 7. v. 6. Galat. 3. v. 17. ideo Genesis cum Exodo ad cap. 13. Exodi complectitur historiam annorum bis mille quadringentos quinquaginta tres. Reliqua capita Exodi, Leviticus, Numeri & Deuteronomium continent historiam in deserto gestam, post eductum populum annorum quadraginta ad mortem usque Mosis. Quamvis Moses post secundum annum Exitus usque ad quadragesimum, quid gestum fuerit in deserto non commemorat. Hinc excre- scit summa annorum ex omnibus libris Mosis collecta 2493.

Josuae historia complectitur ferme an- nos 35. Nam. Exod. 33. v. 11. tempore ado- rati vituli Josua juvenis fuisse dicitur. Natus sane fuerit tum annos 35, quibus addantur anni quadraginta peregrinatio- nis in deserto. Natus ergo annos quin- quaginta septem Josua, introduxit popu- lum in terram Chanaan. Hic 110. eta- tis anno dicitur mortuus Jos. 24. v. 29. Ideo post ingressum in terram sanctam annos 35. vixisse colligitur.

Judicum historia complectitur fere annos 450. Act. 13. v. 10. Alii temporibus Judicum assignant annos 357. Quod hac indu-

inductione probare conantur. Nam à Jo-
 suæ morte sub Othoniele quiescit terra
 annis 40. (Jud. 3. v. 11.) sub Ehud quie-
 scit 80. (Jud. 3. v. 30.) sub Debora & Ba-
 rack quiescit 40. annos (Jud. 5. v. 32.) sub
 Gedeone quiescit 40. (Jud. 8. v. 28.) sub
 Abimelech 3. annis (Jud. 9. v. 22.) sub
 Döla annis 23. (Jud. 10. v. 2.) sub Jair an-
 nis 22. (Jud. 10. v. 3.) Deinceps Amonitæ
 & Philistæi affligunt Israelem 18. annis
 (ibidem v. 8.) Jephtha verò Ephrahita ju-
 dicat Israelem 6. annis (Jud. 12. v. 7.) Ibsan
 7. annos (Jud. 12. v. 9.) Elon decem annis
 (ibid v. 11.) Abdon 8. (Jud. 12. v. 14.)
 Simson 20. (Jud. 16. v. 31.) Eli judicat 40.
 annis (1. Sam. 4. v. 18.) Hi anni in sum-
 mam unam collecti producunt annos 357.
 In numero Actorum (13. c. v. 20.) 450. vis-
 tium inesse etiam Lutherus in Marginali
 glossemate animadvertit; & scribendum
 censet 350.

Historia prioris Samuelis complecti-
 tur annos octuaginta; & si Saulis & Sa-
 muelis imperio quadragenario addantur
 quadraginta Eli judicis. Liber posterior
 Samuelis habet historiam Davidis 40.
 annorum. Ideo utriusque Samuelis hi-
 storia complectitur annos 120.

Regum

Regum prior habet 40. annos regni Salomonici. Cæterorum regum Judæorum (facto initio à Jeroboam) qui partim in priore, partim in posteriore libro Regum recensentur, historia complectitur annos 390. Sunt enim à capite 13. Samuelis primi, ad finem libri 2. Regum, ad captivitatem usque Babylonicam hinc anni Apostasiæ juxta Ezechielem cap. 4. v. 5. Summa ergo annorum in Regum libris erit 430. Sic Chronicorum libri, præter genealogiam ab initio mundi textam, complectitur vitas Regum Judæ & Israelis, à Davide usque ad Zedekiam, ut libri Regum 470. anni, qui anni discrepant ab annis Regum 40, qui Davidi assignantur.

Esdras & Nehemias habent historiam à primo anno Cyri laxatæ captivitatis, ad Darium illum, qui victus est ab Alexandro magno, qui Darius Godomannus vocabatur, ducentorum annorum.

Cæteri libri Biblici, vel nullam habent Chronologiam, vel qui habent aliquam, sive illi historici sive prophetici sunt, complectuntur historiam tantum paucorum annorum sui ævi.

Libet

Liber Esther, vix integram historiam Estheræ tractat. Nam exponit res gestas, cum ad dignitatem regiam evecta esset, historia est ferè 10. annorum.

Liber Job annos ætatis Jobi completitur, qui vixit post calamitatem 140. annos, Jobi 42, quibus geminatis: dicitur enim vixisse in 4. generationem, sunt anni 180.

Psalmi, Proverbia nullam habent Chronologiam continuam. Prophetæ quot annis singuli officio suo functi fuerint, antea fuit indicatum.

CAPUT XXIII.

De vero ordine librorum Bibliæ
corum, secundum tempo-
rum successionem.

Quod Mosis 5. libri, Josuæ, Judicum, Ruth, Samuelis, Regum, Paralipomenon, Esdræ & Nehemiæ historia ordine Chronologico contexatur, in dubium vocari non potest. Hebræorum historia magna סֵפֶר עוֹלָם רַבָּרָא, retulit historiam Ruth ad tempora Eglonis Moabici Regis à Judice Israelis tertio con-

folle.

fossi. Ideò Ruth vixisse dicitur tempore
Judicum. In reliquorum librorum sa-
crorum collatione, est nonnihil ordinis
confusi. Nam aliqui non ponuntur eo or-
dine, quem tempus requirebat gestæ rei.
Esther historia spectat ad tempora Esdræ,
qui Ahasveri seu Xerxis, qui maritus
Estheræ fuit, meminit. Sic Psalmi ad
tempus Davidis, Proverbia, Ecclesiastes
& Canticum ad ætatem Salomonis: ideò
ante Estheram & Esdram collocandi e-
rant hi libri. De Jobo, ad quòd tem-
pus referendus sit, non satis constat inter
Doctores Hebræos. Chronicon enim
Hebræorum magnum retulit Jobum ad
historiam Jacobi Patriarchæ, quem vixisse
narrat tempore oppressi populi in Æ-
gypto, eumque paulò ante exitum ex Æ-
gypto, diem suum obiisse.

Qui verò Prophetæ antecesserint tem-
pore, qui posteriores fuerint, suprâ fuit
indicatum, quorum plerique post tem-
plum Salomonis, ante captivitatem, alii
post captivitatem vixerunt. Unde ap-
paruit, Jonam omnium vetustissimum,
Malachiam autem omnium
novissimum fuisse.

M

CAP.

CAPUT XXIV.

De תול indice seu tabula Hebræo codici annexa.

L Aterculus seu תול, qui sub finem veteris Testamenti in Hebræo textu ponitur, docet ordine, quæ sint Parsæ & haphtaræ feriarum apud Judæos, quarum aliæ sunt septimanariæ & ordinariæ: aliæ inter hæc incidentes: Feria septimanaria seu hebdomadalis est Sabbathum, dies quisque septimus, nobis in septimana proximus ante Dominicum diem, Christianis feriatum.

Sabbathis attributæ sunt lectiones Legales & Propheticæ. Legales vocantur Parsæ, quarum tot sunt, quot Sabbathæ seu quietis dies in anno.

Totam enim legem Mosis quinque libris comprehensam, in quinquaginta quatuor sectiones seu Parsas distinxerunt, easque singulis Sabbathis assignarunt, quarum quæ sint nomina, & quot singulis libris Mosis contineantur, supra fuit indicatum.

Sabbathariis Mosis textibus adjunxerunt alios ex Prophetis hinc inde adsci-

tos.

ros, hos vocant haphtaras **הַפְּטָרָה** ces-
sationes: quæ autem haphtaræ, quibus
Parſis assignatæ sint, docet hic Luach, qui
similiter ostendit, quæ haphtaræ feriis
aliis præter Sabhatha conveniant.

Divisus est hic index in quatuor co-
lumnas, in quarum prima nomina Parſa-
rum ponuntur. In secunda autem initia
haphtararum assignantur. In tertia co-
lumna caput Prophetæ, ex quo haphtara
sit petita, adducitur. In quarta diverſi-
tas haphtararum, juxta Hispanos & Ger-
manos Judæos monstratur.

Titulus seu *Ἰνδίκιον*, huic indiculo
præmissus est hic: **לוח הפטרות של
כל השנה כפי המנהגים**
i. e. Tabula haphtararum, quæ sunt to-
tius anni juxta omnem ritum seu consue-
tudinem.

Conjungemus autem hæc columnas,
quod una absque altera intelligi non
possit. Sunt verò in hisce columnis octua-
ginta novem lineæ, indicantes tam Sa-
bathorum quàm aliarum feriarum Par-
ſas & haphtaras.

Prima linea hæc habet dictiones in
prima columna: **הַפְּטָרָה בְּרֵאשִׁית**

M 2

i. e.

4. linea primæ columnæ וְאִשׁוֹרָה אֶחָת מִנְשֵׁי בְנֵי חַנְבִּיאִים i. e. Et
 visus est à c. 18. ad 23. Gen. In secunda co-
 lum. וְאִשׁוֹרָה אֶחָת מִנְשֵׁי בְנֵי חַנְבִּיאִים
 i. e. & fœmina una de uxoribus filiorum
 Prophetarum. Haphtara hæc non est no-
 tata in margine libri Regum. In tertia co-
 lumna בְּלִכְיָסָר in libro Regum 2. c. 4.

5. linea, columna prima וְחַמְלָה דָּוִד זָקַן i. e. vitæ Saræ à c. 23. ad c. 25. versum 20.
 Gen. Columna secunda וְחַמְלָה דָּוִד זָקַן
 i. e. Et rex David senuerat: Columna 3.
 בְּסִימֵן אֶבְרָם i. e. in Regum (lib.
 1.) cap. 1.

6. lin. colum. 1. תּוֹלְדוֹת יִצְחָק i. e. generations Isaac, à v. 20. Gen. ad ca-
 pitis ibidem 28. v. 10. Columna secunda
 מִשְׁפַּחַת רַבֵּי יְהוָה i. e. Prophetiæ verbi
 Jehovæ contra Israëlē. In columna tertia
 בְּהָעֵת בְּמַלְאכֵי בְּסִימֵן אֶבְרָם i. e. apud duo-
 decim Prophetarum minorem (sic enim
 vocantur per literas Rasche) quod esset
 integrum בְּתַרְי עֶשֶׂר in duobus & de-
 cem, & quidem apud Malachiam c. 1.

7. lin. & 8. bis ponit nomen Parsæ, du-
 plicem ob haphtaram variantem secun-
 dum Hispanos & Germanos Judæos.
 Septima igitur linea habet וַיִּצְנֶן יַעֲקֹב i. e.

i. e. Et egressus est Jacob à c. 25. Gen. ad
 c. 37. ejusdem. In secunda col ועמי תלויים
 & populus meus suspensi: In tertia col
 בַּתַּע בְּהוֹשֵׁעַ בְּסִימָן אַ apud 12. minores
 in Hoseæ c. 11, hic columna 4. כַּמְנָה
 גַּהֲסַפְרָדִים i. e. juxta usum seu ritum Hi-
 spanorum Judæorum, qui Parsæ: Egres-
 sus est Jacob, haphtaran ex Hoseæ c. 11.
 adjungebant. In lineæ octavæ colum. 2.
 וַיִּבְרַח יַעֲקֹב i. e. Et fugit Jacob. In co-
 lumna tertia extat hæc haphtara: יֵלֵךְ בְּתַע
 בְּהוֹשֵׁעַ. i. e. apud duodecim in Hoseæ
 capite 12: Columna 4. diversitatem ri-
 tuū ostendit כַּמְנָה הָאֲשֶׁכְנִיִּים secundū
 consuetudinem Germanorum Judeorum.
 9. lin. col. 1. וַיִּשְׁלַח & misit à c. Gen. 27
 ad 36. ejusdem col. 2. חוֹן עֲבֹדֵיהָ i. e. vir-
 sio Obadiæ. col. 3. כַּתַּע כְּעֲבֹדֵיהָ בְּסִימָן אַ
 i. e. apud 12. minores in Obadia c. 1.
 10. lin. col. 1. וַיֵּשֶׁב i. e. & habitavit Jac-
 cob in terra peregrinationis, à c. 37. Gen.
 ad c. 41. ejusdem: In 2. col. כֹּה אָמַר יְיָ
 עַל-שְׁלֹשָׁה פְּשָׁעֵי יִשְׂרָאֵל i. e. sic dixit Je-
 hova propter tres prævaricationes Israe-
 lis colum. 3. בַּתַּע בְּעֵמוֹס בְּסִימָן ב. id est
 etiam in 12. minoribus apud Amos c. 2.
 ad finem Prophetæ.

11. lin. col. 1. וַיִּקַּץ i. e. in fine à 41. Gen. ad
v. 19. c. 42. col. 2. וַיִּקַּץ שְׁלֹמֹה i. e. & evi-
gilavit Salomoh. 3. col. בְּסִימָן ג' i. e. Regum 1. cap. 3. à v. 15. ad finem capitis.

12. li. co. 1. וַיִּגַּשׁ i. e. & accedit à v. 19. c. 44.
Gen. ad 6. 47. v. 28. col. 2. וַיְהִי דְבַר ה' וַגּוֹ i. e. & fuit verbum Jehovah (& cætera)
(id notatur literis Rasche Theboth) integrum erit וַגּוֹמֵר i. e. & expleas, i. e. & cætera: In 3 col. בֵּיתוֹקְאֵל i. e. apud Ezechielem à v. 15. c. 37.
ad finem capitis.

13. lin. col. 1. וַיְהִי יַעֲקֹב i. e. & fuit Jacob
à v. 27. capitis 47. ad finem libri Mosis. col. 1.
וַיִּקְרְבוּ יְמֵי דָוִד לָמוֹת i. e. adpropinqua-
verunt dies David, ut moreretur. 3. col. i. e.
in libro Regum (primo) c. 2. Hactenus
Parſæ ex Bereschith: sequuntur ex Sche-
moth.

14. & 15. lin. col. 1. unam indicant Par-
ſam: וַיֵּלֶךְ שְׁמוֹת i. e. & hæc sunt nomina
à c. 1. Exodi ad sextum ejusdem. Columna
ſecunda: וַיָּבֹאוּ יִשְׂרָאֵל יַעֲקֹב i. e. & ve-
nientes radicem aget Jacob: colum. tertia:
בְּיַעֲקֹב בְּסִימָן כ"ו i. e. apud Eſaiã à v. 6. c.
27. ad fin. capitis: col. 4. כְּמִנְהַג הַגֵּרִים i. e. secundum consuetudinem Germanorum

Judæorum : lineæ autem 15. col. secunda
habet : **יְרֵמְיָהוּ** i. e. verba Jeremiæ :
columna 3. **בְּסִימָן אֵל** apud Je-
remiam c. 1. columna quarta habet **כְּסֵבֶתָהּ**
הַסְּפָרָיִם i. e. juxta morem aut ritum
Hispanorum Judæorum.

Decimæ sextæ lineæ columna prima
וַיֵּרָא i. e. & visus sum. à c. 6. ad cap. 10.
ejusdem. Columna 2. **בְּקֶצֶי אֶת-בֵּרַת**
יְשָׁרְאֵל i. e. sic dixit
Dominus, cum ego congregavero do-
mum Israel. Columna tertia : apud Eze-
chielem cap. 28. v. 25.

Decimæ septimæ lin. col. 1. **בָּא אֵלַי**
פָּרְעֹה Eas ad Paronem à c. 10. ad v. 27.
c. 13. Exodi. Colum. 2. **דִּבֶּר אֲשֶׁר דִּבֶּר**
יְהוָה אֵלַי id est, hoc est ver-
bum quod locutus est Jehova ad Jeremiã
Col. 3. **בְּיְרֵמְיָהוּ בְּסִימָן מו** i. e. apud Je-
remiam à versu 13. c. 46. ad finem illius
capitis.

18. lin col. 1. **וַיְהִי בְשַׁקֵּל** i. e. Et fuit cum
mitteret. à c. 13. Exod. ad c. 18. ejusdem.
Col. 2. **וַיְהִי אִשׁוּרָה נְבִיאָה** i. e.
Et Debora foemina erat Prophetica. Col. 4.
בְּשׁוֹפְטִים בְּסִימָן ד i. e. In Judicum hi-
storia c. 4. à v. 4.

19. lin.

19. lin. col. 1. וישמע יתרו i. e. & audi-
vit Jethro à cap. 18. ad c. 21. Exod. col. 2.
הממלך עזרה בשנת מות
mortuus est Rex Uzia. col. 3. בישעיר
בסימן i. e. apud Esaiam c. 6.

20. lin. col. 1. משפטים i. e. Judicia, à c. 21.
ad 25. Exod. Col. 2. הדבר אשר היה אלה
Verbum, quod factum est ad Je-
remiam. Col. 3. ביראהו בסימן לל
i. e. apud Jeremiam à. v. 8. c. 34.

21. lin. col. 1. ויקחו לי תרומה i. e. & ac-
cipiant mihi oblationem. Col. 2. ויהנה
נתן חכמה לשלמה i. e. & Jehova de-
dit sapientiam Salomoni. Col. 3. במלכים
בסימן ה i. e. in Regum (primo) à v. 13. c. 5.

22. lin. col. 1. ואתה תצוה i. e. tu autem
præcipies, à v. penult. c. 27. Exod. ad c. 30.
אתה בן אדם הגר את-בית-ישראל
i. e. tu autem fili hominis nun-
cia Domui Israel. Columna 3. בית-אור
בסימן מג i. e. apud Ezech. à v. 10. c. 43.

23 & 24. lin. in prima col. conveniunt
כי תשא i. e. Ubi sumseris. à cap. 30. ad
c. 35. Exod. Col. 2. ויהי ימים רבים יהנה
i. e. Et fuit multis diebus, & locutus
est Jehova. Col. 3. במלכים בסימן יח

i. e. In Regum (primo) à v. 20. c. 19. Col. 4.
 כְּמִנְהַגְּ הָאֲשֻׁכִּימִים i. e. secundum ritum
 Germanorū (Judæorum.) In col. 2. lin. 24.
 וַיִּשְׁלַח אַחָב. Et misit Achab. Colum. 3.
 בְּמַלְכִים בְּסִימָן יח in Regum (primo) ab
 initio capitis ad v. 20. ejusdem. In 4. col.
 כְּמִנְהַגְּ הַסְּפָרְדִים i. e. juxta consuetudi-
 nem Hispanorum (Judæorum.)

25. & 26. lin. similiter in prima columna
 conveniunt, וַיִּקְהַל i. e. convocavit cœ-
 lum, à cap. 35. Exod. ad v. 21. c. 38. col. 2. lin. 25.
 וַיִּשְׁלַח הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה Et misit Rex Salo-
 mon. Col. 3. בְּמַלְכִים בְּסִימָן ז in Regum
 (primo) à v. 13. capitis 7. Col. 4. כְּמִנְהַגְּ
 הַסְּפָרְדִים i. e. juxta ritum Hispanorum.
 וַיַּעַשׂ חִירֹם & fecit chirom. Col. 2. lin. 26.
 בְּמַלְכִים בְּסִימָן ו in Regum
 (primo) à v. 50. c. 7. ad finem capitis. 4. col.
 כְּמִנְהַגְּ הָאֲשֻׁכִּימִים i. e. juxta morem Ger-
 manorum.

27. & 28. lineæ conveniunt in prima
 columna, אֵלֶּה פְּקוּדֵי הַמִּזְבֵּחַ Ista sunt numerata,
